- tatio à primo ad ultimū. 107 Themistoclis, & Theodeclis,  
 atq; aliorum excellentissi-  
 mæ memoria. 217
- S**orites sape fallax. ibid.
- Thesis Cic. propositū vocat. 5

# INDEX

- Trasimachus numerosæ orationis inuentor. 182  
 Traduclio Græc. Polyptoton, quid. 145  
 Translatio cum frequentissimus tropus, tum longe puererrimus. 120  
 Translatio Græc. metaphoræ quid. ibidem.  
 Translationem genuit necessitas, iucunditas celebrauit ibi.  
 Translatio, & cōparatio quomodo differant. 122  
 Trāslatio est quadruplex. ibi.  
 Trāslatio quomodo fiat. ibid.  
 In translatione quæ fugienda. 123  
 Translationum variae species. ibidem  
 Translationis frequens usus exit in allegorianam, & enigma. 124  
 Translatio durior quomodo mollienda. ibidem  
 Tres exercitus Pop. Ro. in Bello Cinili Cæsaris & Pöpei sunt interfecti. 43  
 Tropus quid sit. 114  
 Tropi numero sunt undecim. ibidem  
 Troporum & figurarum discriben. 134  
 V  
 Arietate res gaudent, & animus nouis deleatatur. 174  
 Verba simplicia qualia. 116  
 Verbor. simplicium optima quæ. ibidem  
 Verba simplicia iudicio auriculæ sunt ponderanda. 118  
 Verba inusitata quæ. ibid.  
 Verbum poeticum aliquando dignitatem habet in oratione. 119  
 Verba nouantur quatuor modis. ibidem  
 Verbo sensum claudere optimum. 177  
 Verba in oratione non sunt ad pedes dimensa. ibidem  
 Verborum brevium, & longiorum

# INDEX

<i>gorum vitanda est conti-</i>	<i>Virtus rebus difficilibus, &amp;</i>
<i>nuation.</i>	<i>arduis comparatur. 100</i>
<i>Nec verba verbis, nec nomi-</i>	<i>Vitia quæ in oratione nume-</i>
<i>na nominibus continuari</i>	<i>rofa vitanda. 199</i>
<i>debent.</i>	<i>Vocem qualēm exigant motus</i>
<i>Verecundia est omnium vir-</i>	<i>animi. 214</i>
<i>tutum custos. 55</i>	<i>Vox quantum possit in ora-</i>
<i>Versus in oratione si efficitur</i>	<i>tione. 234</i>
<i>vitium est. 190</i>	<i>Urbanitas opportuna reficit</i>
<i>Virtutis partes quatuor. 18</i>	<i>animos. 78</i>
<i>Virtus quot, &amp; quales com-</i>	<i>Vrbes similiter atq; homines</i>
<i>pleteatur formas. 18. &amp; 21</i>	<i>laudantur. 59</i>
<i>Virtus in extremarum rerum</i>	<i>Vsus &amp; exercitatio quantum</i>
<i>vſu ac moderatione maxi-</i>	<i>valeant. 204</i>
<i>mè cernitur. 51</i>	<i>Vtile quomodo consideretur.</i>
<i>Virtutis duplex vis. 53</i>	<i>55</i>
<i>Virtutum singularū sunt cer-</i>	<i>Vtilitatis species quomodo co-</i>
<i>ta quædam officia. 55</i>	<i>mendanda. 66. &amp; 67</i>
<i>Virtus præstantis viri quæ</i>	<i>Vtilitas semper cum dignita-</i>
<i>sit. 56</i>	<i>te coniuncta est. 68</i>


L A V S   D E O .

I

008871

# De Arte Rhetorica.

## LIBER I.



Quid sit Rhetorica, quod eius  
officium, & finis.

### C A P V T. I.



H E T O R I C A E S T Aristot.  
vel ars, vel doctrina di- lib. 1.  
cendi. Ars est, quæ dat Rhetor.  
rationes certas, & præ- ca. 1.  
cepta faciendi aliquid, De clar.  
quæ habent ordinem, et. Quin  
til. lib. 2.

& quasdam errare in faciendo non patiē-  
tes vias. Esse autem eloquentiæ artem  
perspicuum est: cum enim rerum mini- Offic. 2.  
marum sine arte nulla sit, hominū est pa-  
rum consideratè iudicātum, credere ma-  
ximam rerum nullam esse artem. Di- Aristot.  
cere est, ornate, grauiter & copiose loqui. lib. 1.  
Rhetoricae officium est, dicere appositè ad Rhetor.  
per: ca. 8.  
De inuē.

persuasionem: finis persuadere dictione.

Cic. li. 5 Vt enim i gubernatori cursus secundus, me  
de Rep. est autē dico salus, imperatori Victoria vt mode-  
is locus ratori Recip. beata ciuium vita proposita  
lib. 8. E- pistol. ad est, vi opibus firma, copijs locuples, gloria  
Att. ampla, virtute honesta sit, sic oratori ni-  
bil aliud propositum est, nisi vt dicendo  
persuadet.

## De utilitate, dignitateque Rheticæ.

### C A P. II.

Arist. li. D Ignitas eloquentiæ, vel ex eo intelligi-  
2. Rhet. potest, quod in omni libero populo,  
c. v. maximèque in pacatis, trāquilisque ciui-  
De orat. tatis præcipue semper floruit, semper  
1. Quin. li. 2. c. 17 que dominata est. Quid enim aut tam iu-  
cundum cognitu, atque auditu, quam sa-  
pietissimis sententijs, grauissimisque ver-  
bis ornata oratio, & per politas aut tam  
potens, tamque magnificum, quam boni-  
uū animos unius oratione cōverti? Quid  
admirabilius quam res splēdore illustrata.

Ver-

verborum? Oratoris est in dando consilio  
 de max' mis rebus cū dignitate explicata  
 sententia: eiusdem & anguentis populi  
 incitatio, & effrenati moderatio. Eadem  
 facultate fraus hominum ad perniciē, &  
 integritas ad salutem vocatur. Quis co-  
 bortari ad virtutem ardentius? quis à vi-  
 tiss acris revocare? quis vituperare im-  
 probos asperius? quis laudare bonos orna-  
 riis? quis cupiditatem vehementius fran-  
 gere accusando potest? quis mōrorem le-  
 uare mitius cōsolando? Ac ne plura, quæ  
 sunt pene innumerabilia, dicitur, breui  
 statuendum est perfecti oratoris modera-  
 tione, & sapientia non solum ipsius digni-  
 tatem, sed & priuatorum plurimorū, &  
 vniuersae Reip. salutem maximè cōtineri.  
 Quo maior igitur est eloquentiae vis, hoc  
 est magis probitate iungenda, summaque  
 prudentia: quarum virtutum experibus  
 si dicendi copiam tradiderimus, non eos  
 quidem oratore's fecerimus, sed furentibus  
 quædam arma dederimus.

De ora

DE ARTE  
De; materia Rhetoricæ.

C A P. III.

De in-  
uent. i.

**A**Rtis materia est, in qua omnis ars, ea facultas, quæ conficitur ex arte versatur: ut si medicinæ materiæ dicamus morbos, ac vulnera, quod in his omnis medicina versetur. Item quibus in rebus versatur ars, ea facultas oratoria, eas res materiam artis Rhetoricae nominamus.

De ora-  
to. i.

Sed hoc interest inter alias artes, eloquentiam, nam cæteræ fere artes se ipsæ per se tuentur singulæ: bene dicere autem, quod est scienter, et perite, et ornate dicere, non habet definitam aliquam regionem, cuius terminus septateneatur. Omnia quæcumque in hominum disceptationem cadere possunt, bene sunt ei dicenda, qui hoc se posse profiteatur, aut eloquentiæ nomen relinquendum est: Quam opinionem non solum Romanæ eloquentiæ patens Cicero, sed philosophorum etiæ facile principes Plato, et Aristoteles multo ante secuti sunt, materia enim oratori ad dicendum subiecta, quæstio est.

In Phæ-  
dro.

De

## De quæstione.

## CAP. III.

**Q**Uæstionum duo sunt genera, alterū infinitum, quod Græci Thesin, Cicero propositum vocat: alterum certum & definitum, quod hypotheses illi, Latini vel causam, vel controuersiam solent appellare. Propositum est, in quo aliquid generatim quæritur hoc modo: experenda ne sit eloquentia? Causa est, quæ certis personis, locis, temporibus, actionibus negotijsque cernitur, hoc modi: An Socrates iure fuerit ab Atheniensibus damnatus? Propositi duo sunt genera cognitio nis alterum, cuius scientia est finis, ut, an solis magnitudine multis partibus terra superetur: alterum actionis, quod refertur ad efficiendum quid, ut si quæratur, quibus officijs amicitia colenda sit. Causarum tria sunt genera, iudicij, deliberationis, exornationis, quæ quia in laudationes maxime confertur, proprium habet ex ea women laudationis.

In part.

Topic.  
De orat.  
to. 2.Cicero  
Topic.

in part.

Quinti.

lib. 3.c. 5

DE ARTE

De exhortatione, Delibera-  
tione, & iudicio.

C A P. V.

De in- **I** N exhortatione duæ sunt partes, laus, &  
uent. 1. aristot. vituperatio. Tempus tum præsens, tum  
lib. 2. præteritū, Spectat autē orator honestatē  
Rhet. c. præcipue cū laudat, turpidinem cū vitu-  
4. In part. perat, mouetque auditores ad delectatio-  
nem. Deliberatio continet in se suasionē,  
De in- uent. 1. & dissuasionem, tempus verò futurum.  
AT. 1. Finis, quem sibi proponit orator insuadē-  
rhet c. 3. do est dignitas, mouetque deliberantē ad  
Cic. de spem maxime: in dissuadendo contra in-  
orat. 2. dignitatem spectat, & in reformatiōne  
In part. pertrahit: Iudicium in quo preteritū tem-  
De in- pus maxime valet, habet in se accusationē,  
uent. 1. De in- & defensionem: eius finis iustitū, & in-  
uent. 1. iustitū quæstione cōtinetur, & ad saui-  
Quintil. li. 7. c. 3. tiam aut clementiam index est incitādus.

Quomodo hypothesis ad thesin  
reuocanda sit.

C A P. VI.

CVI

CVM consu<sup>t</sup>atio sit quasi pars c<sup>a</sup>use  
quædam, & controuersia inest enim  
infinitum in definito, debet orator causam  
ad infiniti generis, quæstionem transfer-  
re, quod ut exemplo pateat, finita est,  
An Aristotelis philosophia sit perdiscen-  
da: eius quasi pars quædam est illa infini-  
ta, An philosophia sit perdiscenda, ad quæ  
orator finitam transferet. Sunt enim or- Cice. de  
natissimæ orationes eæ, quæ latissimè orato. 3.  
vagantur, & à priuata ac singulare con-  
trouersia, se ad vniuersi generis vim expli-  
candam conferunt & conuertunt, ut iij, qui  
audiunt, natura & genere, & vniuersa  
re cognita de singulis rebus statuere pos-  
sint. Quod ut facere possit ornator excel- In erat.  
lens, à proprijs personis, & temporibus  
semper, si potest, auocat controuersiam,  
& ad vniuersi generis orationē traducit.  
Sic Cic. cùm de Archiæ poetæ facultate, Pro At-  
summaque doctrina dicere instituisset, de chia.  
humanioribus literis & poeticæ laudibus,  
quæ vniuersi generis oratio est, ornatisimè  
disputauit.

DE ARTE  
De partibus R̄ectoricæ,  
CAP. VII.

De ora- **Q** <sup>Vinque</sup> sunt partes, & quasi mem-  
to. 2. bra eloquentiæ: inuentio: dispositio,  
Quintil. elocutio, memoria, pronunciatio. Oportet  
li. cap. 3. enim primum inuenire quid dicas, inuēta  
disponere, deinde ornare verbis: post me-  
moriæ mandare, tum ad extremum agere.  
De in- Inuentio est excogitatio rerū verarū, aut  
uent. 2. verisimiliū, quæ questionem probabilem  
reddant. Dispositio est rerum inuentariæ  
in ordinē distributio. Elocutio est idoneo  
rum verborum & sententiarum ad inuē-  
tionem accommodatio. Memoria est fir-  
ma orationis percepto. Pronunciatio est  
ex rerum & verborum dignitate corporis  
Quint. 3. & vocis moderatio. Nec audiendi quidā,  
ca. 3. qui iudicium sextam esse partē voluerūt,  
ad eo enim tribus primis partibus est per-  
missū [nam nec inuētio sine eo, nec disposi-  
tio, neque elocutio fuerit] ut pronunciatio  
queque, vel plurimum ab eo mutuetur.  
Nec inuenisse credēdus est, quin non iudi-  
canit

cauit Quod similiter in alijs partibus, quibus iudicium permisum est, existimare debemus. Hinc apparet quam preclara res, quam etiam difficilis eloquentia sit, quae ex quinque rebus constat, quarum una quaeque est ars ipsa magna per se se. Quare quinque artium concursus maximarum, quantam vim, quantamque difficultatem habeat existimari potest. Sunt igitur quinque Rhetoricae partes omnino. At inuenire, disponere, eloqui, memoria complecti, pronunciare opera sunt oratoris.

Quintil.  
li. 3 ca. 3

Quibus eloquentia comparetur,  
ac primum de Natura.

## CAP. VIII.

**E**loquentia, quae quinque supradictis constat partibus, natura, arte, & exercitatione comparatur. Imitatione enim, vel arti, vel exercitationi subjicere possit. De quibus singulis, quoniam maximi sunt momenti & ponderis, aliquid dicendum est. Natura igitur primū, atque ingenium ad di-

De invent. li. 1.

Ad Herren li. 1.

Quintil. li. 3. c. 5.

De or. 1.

cedū vim affert maximam. Nā & animi  
 C<sup>o</sup>ingenij, celeres quidā motus esse debēt,  
 qui ad excogitandū acuti, & ad explicā-  
 dum, ornandū q̄s sint vberes, & ad memo-  
 riā firmi ac diuturni. Quæ accendi ac cō-  
 moueri arte possunt, inseri quidē, & do-  
 nari ab arte non possunt omnia: sunt enim  
 dona naturæ. Illa etiam naturæ sunt, quæ  
 cum ipso homine nascuntur, linguæ solu-  
 tio, vocis sonus, latera, vires, conformatio  
 quædā, & figura totius oris & corporis.  
 Quæ tamē ab arte limari possunt, & quæ  
 bona sunt, fieri meliora possunt doctrina,  
 & quæ non optima, aliquo modo acui,  
 & corrigi possunt. Neque homines ado-  
 lescentes, si quid naturale fortè non habēt,  
 dicendi studium relinquant, magni enim  
 facere debent illam ipsam, quamcumque  
 habuerint, mediocritatem in dicendo.

## De Arte.

CAP. IX.

De or. 2 Quinti. C<sup>V</sup>. M<sup>o</sup> natura, quæ optima est, ars  
 ill. c. 20. iungo debet, quæ è natura profesta est.

No-

Notatio enim naturæ, atque animaduersione peperit artem. Habet igitur ars hanc vim, non ut aliquid, cuius in ingenij nostris pars nulla sit, partat, & procreet: verum ut ea, quæ sunt porta iam in nobis procreata, educet, atq; confirmet. Quia de causa studiose colēda est, vi quæ viam rationem dicēdi doceat, & si enim magnis ingenij præditi quidam dicendi sine arte copiam sunt consecuti, ars tamen certior est dux, quam natura.

## De exercitatione.

CAP. X.

**I**N præstanti natura, quam ars expoliuit, exercitatio absolutionem perfectiōnemq; dicendi consummat. Cum enim ad naturam eximiam & illustrem accesserit ratio quædam confirmatioq; doctrinæ, illud nescio quid præclarū ac singulare solet existere. Quo circa interest per magni, studium & ardorem quēdam amoris assumere, sine quo cum nihil quicquā egredium,

De ora.

libr. 1.

Quinti. li. 2 c. 18

Cic. pro Aetlia.

De cr. 1

pium, tum certe eloquētiā nemo vñquā  
assequetur. Ex hoc ardore nascitur diligē-  
tia, quæ vt in omnibus rebus, sic in dicendi  
facultate plurimum valet. Hæc præcipue  
colenda est nobis: hæc semper adhibenda:  
hæc nihil est quod non assequatur. Quo-  
niā de Rhetorice definitione, dignitate,  
fine, officio, & materia dictum est quōd q̄s  
sint eius partes explicauimus, & naturā,  
artem, exercitationem eloquentiæ conse-  
quendæ necessarias ostendimus, sequitur,  
vt de singulis eius partibus differamus.

## De Inuentione.

C A P. XI.

In part

**Q**uoniam igitur primum oratoris mu-  
nus est inuenire, dabit operam vt in-  
ueniat, quemadmodū fidem faciat eis, qui  
bus volet persuadere, & quemadmodum  
motum eorum animis afferat. Fidem facit  
orator argumentis, mouet incitādo aut ad  
voluptatem, aut ad molestiam, aut ad me-  
tum, aut ad cupiditatem: tot enim sunt mo-  
tus genera, partes plures generum singula-

rum.

rum. Cum enim omnis animi commotio ex opinione boni alicuius aut mali nascatur, 41.  
 lætitia & cupiditas ex opinione boni na-  
 cuntur: ægritudo & metus in malorum opi-  
 nione versantur. Est igitur ægritudo sine  
 molestia, opinio recens presentis mali in quo  
 demitti contrabiqs animo rectum esse videa-  
 tur. Voluptas, opinio recens boni praesentis,  
 in quo efferrri rectum videatur. Metus opi-  
 nio impendentis mali, quod intolerabile  
 videatur. Cupiditas, opinio venturi boni,  
 quod sit ex usu iam praesens esse, atqs ades-  
 se. Opinio autem quae in omnes superiores  
 definitiones includitur, est imbecilla assen-  
 sio. In proposito fidem solum facit orator,  
 in causa vero fidem, & motum, de quo mox  
 dicemus.

## Quid inuentio, quid argumentum & argumentatio.

CAP. XII.

**I**NVENTIO est excogitatio argumenti. Ar-  
 gumentum est probabile inuentum ad in para-  
 faciendam fidem: vel aliter, est ratio rei in Top-  
 dubia.

In part. rei dubiae faciens fidem; Fides vero est firmatio opinio, ut si velis fidem facere, eloquenziam expetendam, excogitesque illud argumentum, nimiram esse artem bene dicendi: possis hoc modo argumentatione concludere. Ars benedicendi est expetenda, ea est eloquentia, est igitur eloquentia expetenda.

In part. Est autem argumentatio argumenti explicatio, qua dialectici pres-

Topicis. liberius utuntur. Locus autem est sedes

D: ora. argumenti. Aristoteles enim proposuit quosdam locos, ex quibus omnis argumentatio ad omnem disputationem inueniretur. Qui nihil aliud esse videntur, quam notae quedam, quibus admonemur, quid in ipsis peruestigare debeamus.

## Quo ruplicia sint argumenta.

C A P. XIII.

In T p. Argumenta partim in eo ipso, de quo agitur haerent, quo circa insita dicuntur, partim extrinsecus assumuntur que remota

remota vocantur: quonia absunt, longeque ab eo, de quo agitur, disuncta sunt, it se dicas eloquentiam esse expetendam, quod bene dicendi sit ars, ratio est insita, in eo de quo agitur, eloquentia enim est ars bene dicendi. Sin expetendam dicas, quod Aristoteli, vel Ciceroni, vel Platonis ita visum sit, ratio erit remota, autoritas enim illorum virorum non est in ipsa eloquentia, qua suapte natura esset experientia sine illorum commendatione.

## De numero locorum.

CAP. XIII.

**L**OCI, unde argumenta insita eruntur, numero sunt sedecim: alia enim ducuntur a definitione, alia a partim enumeratione, alia a notatione, alia coingata appellatur, alia ex genere, alia ex forma, alia ex similitudine, alia ex differentia, alia ex contrario, alia ex adiunctis, alia ex antecedentibus, alia ex consequentibus, alia ex reprobantibus, alia ex causis, alia ex effectis, alia ex comparatione maiorum, aut parium aus.

*sunt minorum. Argumenta extrinsecus  
assumpta Quintiliano sunt sex: præiudi-  
cia, fama, tormenta, tabulae, ius iurandum,  
testes.*

## De definitione.

CAP. XV.

In Topi.  
Quinti.  
lib. 5. c. 10. **D**efinitio est oratio, quæ id quod defi-  
nitur, explicat, quid sit: ut, Virtus est  
recta animi affectio, Rhetorica est doctri-  
na dicendi. Definitionum multa sunt &  
genera, & præcepta, sed ad huius libri in-  
stitutum ea nihil pertinent, tantum est di-  
cendum, qui sit definitionis modus. Sic igit  
tur veteres præcipiunt. Cum sumpseris ea,  
quæ sunt ei rei, quam definire velis, cum  
alijs cōmunia, eovisque persequi, dum pro  
prium efficiatur, quod nullam in aliam rē  
transferri possit, ut hoc, Rhetorica est ars:  
commune adhuc, multa enim generē sunt  
artium ut grammatica, dialectica: unum  
adde veri um, Dicendiam à communita-  
te res disuncta videbitur, ut sit explicata  
definitio, Rhetorica est ars dicendi. Hæc  
facul-

facultas definiendi debet esse in eloquente,<sup>in Orat.</sup>  
 ut definire rem possit. Est enim explicanda  
 saepe verbis mens nostra de quaq[ue] re, atque  
 inuolutæ rei notitia definiendo aperienda  
 est. Definitio enim quasi inuolutum euo-  
 luit id, de quo quæritur, sed id, non faciet  
 tam pressē & angustē, quam in illis eru-  
 ditissimis disputationibus fieri solet: sed  
 cum explanatus, tum etiam vberius, &  
 ad cōmune iudicium, popularemq[ue] intel-  
 ligentiam accōmodatius. Sic Cicero, quid  
 sint optimates definit, cum ait: Sed genus  
 vniuersum (ut tollatur error) breui cir-  
 cunscribi & definiri potest. Omnes opti-  
 mates sunt, qui neque nocentes, nec natu-  
 ra improbi, nec furiosi, nec malis domesti-  
 cis impediti. Argumenti à definitione ta- In Topis  
 lis est formula, Ius ciuile est aequitas con-  
 stituta ijs, qui eiusdem sunt ciuitatis, ad  
 res suas obtinendas, eius autem aequitatis  
 vtilis est cognitio, vtilis est ergo iuris ciui-  
 lis cognitio. Sæpe etiam definiunt & ora-  
 tores, & poetæ per translationem verbi ex  
 similitudine cum quadam suauitate, quos

licet imitari si adolescentiam, florem aetatis, senectutem, occasum vitae, velis definire.

## De partium distributione.

### CAP. XVI.

In Top.  
Quint. I.  
5 c. 10.

in Offi. i

**A**Rgumento à partium distributione sic est vtendum, nullam vt partem relinquamus. Ut si velis probare calliditatem non esse virtutem, à virtutis partibus, quæ quatuor sunt. Prudentia, Iustitia, Fortitudo, Temperantia, sic probare possis. Omne quod honestum est, id quatuor partium oritur ex aliqua, aut enim in perspicientia veri, solertiaque versatur: aut in hominum societate tuenda, tribuendo. que suum unicuique, & rerum contratarum fide: aut in animi excelsi, inuictiç magnitudine, ac robore: aut in omnium, quæ sunt, quæc dicuntur, ordine & modo, in quo inest modestia, & temperantia calliditas ex nulla illarum partium oritur, non est igitur virtus.



## De notatione.

C A P. XVII.

**E**tymologia, quæ verborum originem  
inquirit, à Cicerone dicta est Notatio. In Top.  
Ea sæpè videntur Oratores, & Poetæ, ut li. 1 c. 10  
Quinti.  
Ouidius, in Top.

Est via sublimis cælo manifesta serend. Met. 1. 1.

Lætea nomen habet candore notabilis ipso.

Et alibi.

A senibus nomen miti senatus habet. Et Fast 1. 5.

Nam quia ver aperit tunc omnia, densaque cedit

Frigoris asperitas, fœtaque terra patet,

Aprilē memorant ab aperto tempore diēlum.

Annotatio sumitur argumentum, cum  
ex vi nominis elicetur, hoc modo: Si consul  
est, qui consulit patriæ, non igitur Piso  
consul, qui eam euertit.

vis hu-  
ius ex-  
plici est in  
orat in  
Pisonē.

## De coniugatis.

C A P. XVIII.

**C**oniugata dicuntur, quæ sunt ex ver- In Top.  
bis generis eiusdem. Eiusdem autem Quinti.  
generis verba sunt, quæ orta ab uno varie  
l. 5. c. 10

## DE ARTE

commutantur, ut sapiens, sapienter, sapientia. Ex hac verborum coniugatione huiusmodi argumento usus est Ouidius.

Aurea nunc verè sunt secula, plurimus auro  
Venis bonos.

### Et Iuuenalis.

Satyr. 8. Summum crede nefas animum præferre pudori,  
Et propter vitam viuendi perdere causas.

In Piso-  
nem. Cicero etiam. Cum enim esset omnis causa  
illa mea consularis & senatoria, auxilio  
michi opus fuerat, & consulis, & senatus.  
est, & illud elegans in primis, Homo sum  
humani nihil à me alienum puto. Cicero  
in haut lib. de oratore secundo hoc vtitur exemplo,  
Si pietati summa tribuenda laus est, debe-  
tis moueri, cum Q. Metellum tam pie  
lugere videatis.

### De genere, & forma.

#### C A P. XIX.

In Topi.  
De ora-  
to 1.  
Quint. L.  
ca. 10.

**G**enus est quod duas, aut plures partes  
sui ipsius communione similes ample-  
titur. Partes, quas genus amplectitur for

ma dicuntur. ut, *Virtus est genus, plures enim formas, quatuor scilicet complectitur, Prudentiam, Iustitiam, fortitudinem, & temperantiam, quae sunt similes virtutis communione: ut prudentia enim, sic iustitia, sic fortitudo, sic temperantia virtus est. Hinc perspicuum fit, quid sit forma, est enim pars generi subiecta.* Argumentum De or. i.  
*a genere sic tractatur. Virtutis laus omnis in actione consistit, prudenter igitur laus omnis in actione consistit. Ex forma au-* Offic. i.  
*zem, Quod iustitia est, utique virtus est.* Quintil. li. 5. c. 10

## De similitudine, & dissimilitudine.

C A P V T. XX.

**S**Imilitudo est, quæ traducit ad rem quæ In Top.  
 piam aliquid ex re dispari simile: ex ea Aurora  
 sumitur argumentum hoc modo. Cicero, 4.  
 Sed nimirum, ut quidam morbo, & sensus ad He.l.  
 stupore suavitatem cibi non sentiunt, sic Phil. 2.  
 libidinosi, auari, facinorosi, veræ laudis gaudiū  
 non habent. Ouidius.

DE ARTE

Trin. I. 1.  
ele. 4.

Scilicet ut fuluum spectatur in ignibus aurum.  
Tempore sic duro, est inspectio fides.

Ex dissimilitudine sive differentia, dicitur  
hoc modo argumentum.

a. de O-  
rat.  
Phil. 3. Si barbarorum est in diem vivere, nostra  
consilia sempiternum tempus spectare de-  
bent. Eodem pertinet illud eiusdem Cicer.  
dies enim affert, et hora potius, nisi prouis-  
sum est, magnas saepe clades: certus autem  
dies non ut sacrificij, sic consilij expectari so-  
let. Quasi diceret: dissimilia sunt sacrificia  
et consilium: non igitur sicuti sacrificij, sic  
certi, et statim dies debent esse consilij.

De contrarijs.

CAP. XXI.

Arist. in  
c. de op-  
po. Cic  
in top. **C**ontrariorum genera sunt quatuor, ad  
uersa, priuania, quae inter se confe-  
runtur, et contradictoria. Aduersa sunt,  
que in eodem genere plurimum differunt,  
ut virtus, vitium, quae cum animi habitus  
sunt, plurimum tamen inter se differunt:  
et bellum, pax, sapientia, stultitia, ex qui-  
bus

*bus argumenta talia existunt. Si studiorum  
tiam fugimus, sapientiam sequamur, &  
bonitatem si malitiam, Hinc illud Drancis  
apud Virgilium.*

Nulla salus bello, pacem te poscimus omnes. Lib. 11.  
Perinde enim est, atq; hoc: Bellum est nobis  
perniciosum, pax igitur expetenda est. Ci-  
cero, Quid cum fatentur satis magnā vim Tusc 5.  
esse in vitijs ad misérā vitam, nonne fa-  
tendum est, eandem vim in virtute esse ad  
beatam vitam? Contraria enim contrario-  
rum sunt consequentia. Priuantia sunt ha-  
bitus, & eius priuatio, ut lux tenebræ, vita  
mors, scientia inscitia, humanitas inhuma-  
nitas: præpositio enim, in, priuat verbum  
ea vi, quam haberet, si, in, præpositum non Topic.  
fuisse. Ex his ductum est illud Cicer. in  
Miloniana, Eius igitur mortis sedetis ul-  
tores, cuius vitam si putetis per vos resti-  
tui posse, nolitis? Tertio loco sunt ea quæ  
inter se conseruntur, ut duplum simplum,  
datū acceptū, miles & imperator, docere  
& discere. Ex hoc ioco est illud Cicer. ex Pro Mat.  
quo profecto intelligi debet, quāta in dato  
cella.

In Grat.

beneficio sit laus, cum in accepto tanta sit  
gloria: & item hoc, Non igitur periculum  
est, ne quis putet, in magna arte, & hone-  
sta, turpe esse docere alios id, quod ipsis fue-  
rit honestissimum discere. Huc pertinet  
Lib. 8. Virgilianum illud.

Arma rogo genitris nato;

~~En li. 8.~~ Ultimo loco sunt negantia valde contraria  
~~Top.~~ aientibus: ut si hoc est, illud non est: ex qui-  
bus necesse est, alterum verum esse, alterum  
falsum.

## De adiunctis.

C A P. XXII.

In Top.  
Quinti.  
ll. 5 c. 10

A Diuncta sunt ea, quæ cum re sunt co-  
iuncta, ut locus, ut tempus, ut ea, quæ  
rem circunstant: ut vestitus & comitatus  
hominem circunstant, & apparatus, col-  
loquia, pedum crepitus, strepitus homi-  
num, rubor, pallor, cæteraque, quæ suspi-  
cionem possunt mouere. Latissimè itaque  
patet adiuncta nam & quæ in hominis  
sunt sive animo, sive corpore, ut virtus, ve-  
ritas, ut oris vel pulchritudo, vel deformatio-

845,

tas, aliaq; innumera comprehendunt. Ab  
his sumit argumentum Cicero pro Milo. Cic. pro.  
Mil.  
ne, cum ait, Videamus nunc id, quod ca-  
put est, locus ad insidias ille ipse, ubi con-  
gressi sunt, utri tandem fuerit aptior, &  
multa deinceps: & paulo post, Videte nūc  
illum egredientem primūm egredientem  
e villa subito, cur vesperi? quid necesse est  
zarde? qui conuenit, præsertim id tempo- Cic p. 4  
ris? & pro Cornelio. Hunc quisquam in- Cor.  
Bal.  
credibili quadam atque inaudita grauita-  
te, virtute, constantia, præditum fœdera,  
scientem neglexisse, violasse, rupisse, dicere  
audebit? loquitur autem de Pompeio.

## De antecedentibus, & conse- quentib.

CAPVT. XXIII.

**A**ntecedentia sunt ea, quæ sic antece- Arist. 2.  
Topic.  
dunt consequētia, ut cum ipsis neces- C. 2.  
sariō cohærent, qua ratione ab adiunctis  
distinguuntur. Coniuncta enim nunquam In Top.  
Cic.  
necessariō cohærent cum his, quibus adiun-

Et a sunt. Argumenti ab antecedētibus talis est formula, Ortus est sol, igitur dies  
 Arist. 2. est. Consequentia verò sunt, quæ rem ne-  
 Top c 2 cessariò consequuntur: ab eis ducitur ar-  
 Cice. in gumentum, cum ratio rei dubiæ faciēs fi-  
 Top. dem: sumitur à consequētibus, hoc modo,  
 Dies est, igitur ortus est Sol. Ex hoc loco  
 Phili. 7. est illud Ciceronis in Antoniū, Luculentā  
 tamē ipse plagam accepit, ut declarat cicatrix:  
 probat enim, quoniā cicatrix magna  
 esset, vulnus quoque fuisse magnum.

## De repugnantibus.

CAP. XXIIII.

In Top. R Epugnantia, neque certa lege, nequē  
 Quintil. numero inter se dessidēt: qua ratione  
 1.5.c. 10. ē contrarijs, atque dissimilibus discernuntur: Exēpli gratia, amare, et odio habere,  
 contraria sunt: amare verò, & nocere, &  
 lēdere, & conuitijs insectari, repugnatia  
 sunt. Argumēti à repugnantibus talis est  
 De clar. formula, Amat illū, igitur non insectatur  
 er. illum conuitijs. Hortensius uon erat aduer-  
 sarīus

sarius Ciceronis, aut obtrectator, semper enim est alter, ab altero adiutus, & cōmu-  
nicando, & monendo, & fauendo.

## De causis.

## CAPVT. XXV.

**C**AUSA est, quæ sua vi efficit id cuius est causa: ut vulnus mortis, cruditas morbi, ignis ardoris. Eius quatuor sunt genera, finis, efficiēs, forma, materia. Finis est cuius gratia fit aliquid, ut domus finis est usus, belli pax, hominis beata vita. Ab eo ducit argumentum hoc modo. Cic. contra Epicureos, Hi non viderunt, ut ad cursum equum, ad arandum bouem, ad indagandum canem: sic hominē ad duas res, ut ait Aristoteles, intelligendum, & agendum esse natum, quasi mortalem Deum contra que ut tardam aliquam, & languidam percedem ad pastum, & procreandi voluptatem, hoc dininum animal ortum esse voluerunt, quo nihil mibi videtur absurdus. Huius enim loci hæc vis est, Homo natus est

In Top.  
Cice. de  
fato.Quinti.  
1.5 c. 10.Ar li. 2.  
Phys. c.

est ad intelligendum, & agendum, non  
igitur ad pastum & voluptatem est or-  
tus. Efficiens causa est à qua aliquid est,  
vt, Sol diem efficit, toto cælo luce diffusa:

In lib de Abea est illud Ciceronis contra senectutis  
senect. viruperatores, Caret epulis, aiunt extru-  
ctisq; mensis, & frequentibus poculis: ca-  
ret ergo vinolentia, cruditate, & insom-  
nijs. Cuius loci vis in eo est, quod ubi causa  
debet effecta, quæ ex illa oriuntur, nullo  
esse modo possint. Et Nisus, vt Eurialium  
seruet, se autorem cædis profitetur.

En. I. 9.

Me me adsam, qui feci, in me conuertite ferrum  
O Rutuli, mea fraus omnis, nihil iste, nec ausus  
Ne potuit.

Arist. 2.

Physic. Forma est ratio rei & nota, per quam res  
est id, quod est, & a rebus alijs distingui-  
tur, vt, Animus est hominis forma, hic e-  
nim causa est, vt homo sit, cumq; a rebus  
alijs distinguit. Sic domus, sic nauis, sic ignis,  
sic terræ, cæterarumq; rerum sua for-  
ma est, vel artificiosa, vel naturalis. Abea  
ducitur argumentum hoc modo, Animi  
hominum immortales sunt, homines igi-  
tur

c. p. 3.

zur ad æternitatem, immortalitatemque  
 beatæ vitæ aspirare debent. Materia est, Cice. de  
 ex qua, & in quæ sunt, ut statuæ æs, ar- Natur.  
 gentum pateræ, corpus hominis. Ex mate- Lc. 4. 10.  
 ria sic sumitur argumentum, Corpus ho-  
 minis mortale est, ab eius igitur societate,  
 & contagione immortalis animus seuo-  
 candus est. Ex hoc loco, Regia solis, apud Libr. 4.  
 Ouidium, Arma Æneæ apud Virgilium, Meta.  
 multa signa sublata a Verre, a Cic. descri- Lib. 8.  
 buntur. Ex his causarum generibus tan- Actio 7.  
 quam ex fonte non modo in causis, sed in in Ver.  
 omni scribendi genere magna argumento  
 rum suppetit copia. Licebit igitur diligen-  
 ter eo cognito non modo oratoribus,  
 philosophis, quorum est proprius, sed his-  
 toricis etiam, & poetis multa, & varia,  
 & copiosa, ex eo facile despromere.

## De effectis.

## CAPVT. XXVI.

E Ffecta sunt ea, quæ sunt orta de cau- In Top.  
 sis. Eorum ut causarum, quatuor sunt Quintil.  
 genera li. 5 c. 10.

pol. ca. genera, est enim suus effectus & finis,  
17. Cic. efficiētis causæ, itemq; formæ, ac materiæ.  
in Top.

Quæ autem sint singularum causarum  
effecta, cognitis causis intelligitur: ut enim  
quod effectum est, quæ fuerit causa demō-  
strat: sic causa effectum indicat. Nam si fi-  
nis bellum pax est, bellum eius pacis, quæ bel-  
lo quæritur effectus est, Eodemque modo  
dico, solis effectus est, & homo corporis ac  
animi, quorum illud materia eius est, hic  
forma. Ab effectu sumitur hoc modo ar-  
gumentum, Ex virtute laus, at ex volunta-  
ten ascitur infamia, sequenda est igitur vir-  
tus, & voluptas refutanda. Eodem illud  
pertinet: si ærarij copijs & ad belli adiu-  
menta, & ad ornamenta pacis utimur, ve-  
ligalibus seruiamus.

De ora.  
li. i.

## De comparatione.

G A P. XXVII.

In Top. Locus à comparatione simplex quidem  
Quinti. est, sed tripliciter tractatur: à compa-  
1. & 10. ratione nimirum maiorum, vel minorum,  
Junius vel

vel parium. A comparatione maiorū ducit  
citur argumentum eum contendimus, ut  
id, quod in re maiori valeat, valeat in mino-  
ri. Virgilius.

Æneis,

In ora.

pro Ar-  
ch.

O passi grauiora, dabit Deus bis quoque finem.  
Ab hoc loco ducitur illud Cic. Est ridicu-  
lū: adea, quæ habemus, nihil dicere, quæ-  
rere, quæ habere non possumus: & de ho-  
minum memoria tacere, literarum memo-  
riam flagitare: & cum habeas amplissimi  
viri religionem, integerrimi municipij ins-  
jurandū, fidemqz, ea, quæ deprauari nullo  
modo possunt, repudiare: tabulas, quas idē  
dicis solere corrumpi, desiderare. Perinde  
enim est, atque hoc: certiora testimonia in  
causa habemus, non sunt igitur à nobis ta-  
bulæ postulandæ. Idem pro eodem: sara,  
& solitudines voce respondent, bestie sœ-  
pe immanc cantuslectūtur, arqz consistunt  
nos institutirebus optimis non poecilium  
voce moueamur? A minoribus ad maiora  
ducitur argumentum, ut id, quod in mino-  
ri valeat, valeat in maiori. Cic. in eadem  
oratione. Ergo ille corporis motu Elogi-

In ora.

pro Ar-  
ch.

In Topi-

iur.

DE ARTE

tur autem de Roscio) tantum sibi amorem  
conciliarat a nobis omnibus: nos an. morte  
incredibiles motus celeritatemq; ingenio-  
rum negligemus: idem enim est, ac si dice-  
ret: omnes Rosciū Comædū, cuius le-  
uius erat artificium magni faciebant, nos  
Phil. 3. Archiam summum poetam negligemus?  
Idem in Anton. L. Brutus regem super-  
bum non tulit: D. Brutus sceleratum, atq;  
impium regnare patietur Antonium?  
Quidius.

Vt corpus redimas ferrum patieris, & ignes,  
Arida nec sitiens ora lauabis aqua,  
Vt valeas animo, quicquam tolerare negabus?  
At premium pars hæc corpore maius habet.

Et Horatius.

Vt iugulent homines, surgunt de nocte latrones,  
Vt te ipsum serues, non expurgisceris?

In epist.  
libr. 1. ad  
ad Lol-  
linm.

In Top.

Parium autem comparatio nec elationem  
habet, nec submissionem, est enim æqualis.  
Multæ autem sunt, quæ æqualitate ipsæ  
comparantur, quæ ita ferè concluduntur,  
Si consilio iuuare ciues & auxilio æqua  
in laude ponendum est, pari gloria debent  
esse.

esse iij, qui consulunt, & ij qui defendunt.  
 At quod primū & quod sequitur igitur.  
 Huc pertinet illud ejusdē Cic. in Verrem. Act. 3.  
 Si finem edictō prætoris afferunt cal. Ian. De Pro-  
 cur non initium quoque edicti nascitur à  
 cal. Ian. & in alia oratione. Cur eadem  
 resp. quæ me in amicos inflammare potuit,  
 inimicis placare non possit.

## De argumentis remotis.

## CAPVT. XXVIII.

**A**Rgumenta, siue remota siue assump- In pare.  
 ta non eo dicuntur siue arte, quòd ita In Top.  
 sunt sed quod ea non parit oratoris ars, sed Quinti.  
 foris ad se delata tamen arte traçlat. Ea In Top.  
 Cicero in Topicis testimoniij nomine cōple-  
 titur. Testimonium enim in eo loco dicit Lib. 5 &  
 omne id, quod ab aliquare externu sumi- c. 1 vñp  
 tur ad faciendam fidem, Sed ad intelligen-  
 dum erit facilius sc̄n̄ Quintilio in præ ad 7.  
 iudicia, rumorem, & famam, tormenta, ta-  
 bulas, insiurandum, & testes ea diuida-  
 mus. Quæ vt ita per se carent arte, ita

summis eloquentiae viribus & allenanda  
sunt plerumq; & refellenda. Quare ge-  
nus harum rerum, quæ ad oratorem defen-  
rebantur meditatum in perpetuum ad sum-  
similiū rerum, veteres oratores, habebant.  
Nunc translatis ab oratoribus ad iuris cō-  
sultos iudicijs, ut veterum oratorum scrip-  
ta intelligamus, cognoscenda sunt.

## De præiudicijs, & testibus.

C A P. XXIX.

In part. Ceteris quatuor omissis, quæ facile in-  
Quinti. telliguntur, de præiudicij, et testibus  
v. 5 c. 2. dicamus. Præiudiciorum vis omnistibus  
& 7. in generibus versatur. Rebus, quæ aliquā-  
do ex paribus causis sunt iudicatæ, quæ e-  
xempla rectius dicuntur. Iudicijs ad ipsam  
causam pertinentibus, unde etiam nomen  
Cicer. ductum est, qualia in Milonem à senatu  
Pro Mil. facta dicuntur. Aut cum de eadem causa  
est pronunciatum. Veteres oratores, &  
pro testibus & contra testes magno labo-  
re dicebant, ut è pluribus Ciceronis oratio  
nibus,

nibus, maximeq; oratione pro Flacco apparet. Nunc iudiciorum mutata ratio facit, ne is labor sit nec effusius, & ut de rumore, fama tormentis, & iure iurando pluribus agendum non sit.

## De vſu, & vtilitate locorum.

CAPVT. XXX.

**H**os locos multa commentatione, atq; De ora  
meditatione paratos, atq; expeditos, to 2.  
qui volet in dicendo excellens esse, habere in Topi.  
debet. Atq; vt quæq; res ad dicendū erit Quinti.  
suscepta, tunc deniq; scrutari locos, ex qui  
bus argumenta eruat. Quæ quidē et, qui  
mediocriter ea modo considerarit studio ad  
hibito, & vſu, pertractata esse possunt. Est  
enim vtilissimā noſſe regiones intra quas  
venere, & peruestiges, quod quæras. Vbi  
eum locum omnem cogitatione ſepſeris, ſi  
modo vſum rerum percallueris, nihil te ef-  
fugiet, atq; omne, quod erit in re occurret,  
atq; incident. Ut enim, ſi aurum cui, quod  
effet multifariam defoſsum communſtrare

aliquis vellet, satis esse deberet, si signa & notæ ostenderet locorum, quibus cognitis ille ipse sibi foderet, & id quod vellet, paruo labore, nullo errore inueniret: sic has argumentaturū notæ indicare satis est, quæ illa quærenti demonstrant ubi sint. Reliqua cura & cogitatione eruuntur.

## Qui modus in argumentis adhibendus.

CAPVT. XXXI.

In Orat. in part. **N**ec verò imprudenter quisquam vte-  
tur hac copia, sed omnia expendet &  
seliget. Non enim semper, nec in omnibus  
causis, ex ijsdem argumentorum momenta  
sunt. Iudicium ergo adhibebit, nec inue-  
niet solum quid dicat, sed etiam expendet.  
Nihil enim feracius ingenij, his præser-  
tim, quæ disciplinis exculta sunt: sed ut se-  
getes fœcundæ, & uberes, non solum fru-  
ges, verum herbas etiam effundunt inimi-  
cissimas frugibus, sic interdum ex illis lo-  
cis, aut leuia quædam, aut causis aliena,

aut non utilia gignuntur. Quorum ab oratori siudicio delectus magnus adhibebitur. Illud autem intelligendum est ex his locis, & ad faciendam fidem, & ad affectendum motum auditorum animis materialiam peti. Sed quia difficile est, etiam si locorum naturam cognoveris, ex illis ea, quae ad mouendos animos valent, eruere, de affectibus mouendis separatim dicamus, illud iterum monentes, nihil plane esse siue ad docendum, siue ad mouendum accommodatum, quod ex his supradictis fontibus non fluat.

## De affectibus.

C A P V T. XXXII.

**M**Axima vis existit oratoris in hominum mentibus permouendis, quod amplificatione fit. Etenim amplificatio grauior quædam argumentatio, que motu animorum conciliet in dicendo fidem. Ea & verborum genere conficitur, & rerum. Quæ verba in amplificatione ponen-

In orat.  
Quintil.  
li. 6 c 3.  
In part.

DE ARTE

da sint, tunc dicemus, cum ad elocutionis  
præcepta venerimus. Rerum amplificatio  
sumitur ex eisdem locis omnibus, quibus  
illa, quæ dicta sunt ad fidem: maximeque  
definitiones valent conglobatae, & conse-  
quentium frequentatio, & contrariarum  
& dissimilium, & inter se pugnantium  
rerum cōflictio, & causæ, & ea, quæ sunt  
orta de causis, maximeq; similitudines, &  
exempla: sicut etiam personæ, muta deniq;  
loquantur.

De amplificatione à definitioni-  
bus conglobatis,

CAP. XXXIII.

A Definitionibus conglobatis est illa Ci-  
ceronis amplificatio. Historia vero,  
testis temporum, lux veritatis, vita memo-  
riæ, magistra vitæ, nuntia vetustatis, qua  
voce alia nisi oratoris immortalitati com-  
memoratur. Est & illud ex eodem loco in  
primis illustre exemplum eiusdem pro se-  
stio. Ignari quid grauitas, quid integritas,  
quid

quid magnitudo animi, quid denique virtus valeret, quæ in tempestate sua quieta est, & lucet in tenebris, & puls' loco manet tamen, atque hæret in patria, splendetque per se semper, nec alienis unquam sordibus obsolescit. Vbi sunt quinque quasi definitiones, tum historiæ, tum virtutis congregatae: raro enim adhibetur ab oratore definitio ad amplificandum, quæ generare declaretur, & proprietate.

## De amplificatione à consequentium frequentatione.

CAP. XXXIII.

**A** consequentium frequentatione est illa in Verrem amplificatio, Constitue nihil opis esse in hac voce, Ciuis Romanus sum, iam omnes provincias, iam omnia regna, iam omnes liberas ciuitates, iam omnem orbem terrarum, qui semper nostris hominibus maximè patuit, Cuibus Romanis ista defensione præcluseris.

De amplificatione à cōtrariarum  
rerum confictione.

CAP. XXX.

Phil. 2.

**A**RERUM CONTRARIARUM CONFITIONE EST  
ILLA AMPLIFICATIO CICERONIS IN ANTO-  
NIUM: TAM AUTEM ERA SEXCORS, VT TOTA IN  
ORATIONE TECUM IPSE PUGNARES, VT NON MO-  
DO NON COHÆRENTIA INTER SE DICERES, SED MA-  
XIME DISIUNCTA, ATQUE CONTRARIA: VT NON TA-  
TA MECUM, QUANTA TECUM TIBI ESSE CONTĒTIO.  
VITRICUM TUUM IN TANTO FUISSÉ SCELERE FA-  
TEBARE, PÆNA AFFECTIONEM QUEREbare. ITA QUOD  
PROPRIUM MEUM EST, LAUDASTI: QUOD TOTIUS  
SENATUS EST, REPREHENDISTI: NAM CUM COM-  
PREHENSIO SONTIUM MEA, ANIMADUERSIO SENATI  
FUERIT: HOMO DISERTUS NON INTELLIGIT EŪ,  
QUEM CONTRADICIT, LAUDARI A SE, EOS, APUD  
QUOS DICIT, VITUPERARI. ET IN EISDEM ORATIO-  
NIBUS. O SPETACULUM ILLUD NON MODÒ BO-  
MINIBUS, SED VNDIS IPSIS, ET LITORIBUS LU-  
TUOSUM, CEDERE PATRIA SERVATOREM EIUS:  
MANERE IN PATRIA PRODITORES? ET IN CATILI-  
NAM. HOC VERO QUI SFERRE POSSIT: INERTES HA-  
MINES

mines fortissimis insidiari, stultissimos prudenterissimis, ebriosos sobrijs, dormientes vigilantibus? Ex hoc loco etiā est illud eiusdem in Pisonem & Gabinium, Qui latro In Pisone  
nes igitur, si quidem vos Consules? qui prædones, qui hostes, qui proflitores, qui tyran ni nominabuntur? Magnum nomen est, magna species, magna dignitas, magna maiestas Consulis, non capiunt angustiae pectoris tui: non recipit leuitas ista: non egestas animi: non infirmitas ingenij sustinet: non insolentia rerum secundarum tantam personam, tam grauem, tam seueram.

## De amplificatione à dissimiliū, & inter se pugnantium rerum conflictione.

### CAP. XXVI.

**A** Dissimiliū, & inter se pugnantū rerum conflictione sumpta est elegā proposita amplificatio Ciceronis, Qua in re mibi ridicule es visus esse inconstans, qui eundem & laederes, & lauderes, & virum

optimum & hominem in orobisimum esse dices: eundem tu & honoris causa appellabas, & virū primarium esse dicebas, & socium fraudasse arguebas.

## De amplificatione à causis conglobatis, & his, quæ sunt orta de causis.

C A P. XXXVII.

In ora  
Pro se-  
cili. Phil. 2. 2110 63

**C**AUSÆ ETIAM, & ea quæ sunt de causis orta, multum valent ad amplificandum, si conglobetur: Cicero multas, & varias causas propter quas multi essent ab eo alienores, iunxit hoc modo, Cum alij me sufficie[n]te periculi sui non defendere[n]t, alij vetere odio bonorum incitarentur, alij inuiderent, alij obstare sibi me arbitrarerentur, alij vlcisci dolorem suum aliquem vellent, alij rem ipsam publicam, atque hunc bonorum statum ociumque odissent, & ob hasce causas tot, tamq[ue] varias, me vnu de poscerent. Orta verò de causis ad amplificandum adhibuit contra M. Antonium, Doletis

letis tres exercitus: P. F. interfecit, interfecit Antonius: Desideratis clarissimos cines, eos quoque ibi ciperipuit Antonius: Autoritas huius ordinis afflita est, afflit Antonius: Omnia denique quæ postea vidimus mala [quid autem mali non vidi-  
mus?] si recte ratiocinabimur, vni accepta referemus Antonio. Ex hoc loco Mezen-  
tij immanem crudelitatem auget Euander apud Virgilium.

Quid memorem infandas cœdes? quid fasta tyranni Lib. 3.]

Efferat? Dijs capiti ipsius, generique reseruent.

Mortua quin etiam iungebat corpora viuis,  
Componens manibusque manus, atque oribus ora,  
Tormenti genus, & sanie taboque fluentes  
Complexu in misero, longa sic morte necabat.

## De amplificatione à similitudine, atque exemplo.

CAP. XXXVIII.

**C**icero Verris auaritiam, qua multorum Inver-  
bona deuorauerat, exemplis exaggera- act. 7.  
uit his verbis. Non enim Charybdim iam infe-

infectam, neque Scylam vautis, quam istum in eodem freto fuisset arbitror. Virgilius etiam ex hoc loco pulchritudinem Æneæ pulcherrimis carminibus amplificauit.

**Ænc. 1.** Restitit Æneas, claraque in luce resulfit,  
Os, humerosque deo similis: namque ipsa decorans  
Cæsariem nato genitrix, lumenque iuuentæ  
Parpureum, & latos oculis adflarat honores:  
Quale manus addunt ebori decus, aut ubi flauo  
Argentum, Pariusue lapis circundatur auro.  
**Idem** mirifice expressit vim, qua Æneas in  
Turnum bastam coniecit.

**Æn. 12.** Cunctanti telum Æneas fataliter coruscat,  
Sortitus fortunam oculis, & corpore toto  
Euinus intorquet: murali concita nunquam  
Tormento si saxa fremunt, nec fulmine tanti  
Dissultant crepitus: volat atriturbinis instar,  
Exitium dirum bastæ ferens.

**Pro Mil.** Ab exemplis verò est illa Ciceronis amplificatione pro Milone, quamobrem uteretur  
eadē cōfessione Titus Annius, qua Hala,  
qua Nasica, qua Optimus, qua Marius,  
qua nos metipst. Et in Catilinam, An vero

vir

vir amplissimus P. Scipio Pontifex maximus Tiberium Cracchum mediocriter labefactantem statim Reip. priuatus interfecit: Catilinam verò orbē terræ cæde atq[ue] incendijs vastare cupientem nos Consules perferemus? nam illa nimis antiqua prætereo, quod Q. Seruilius hala Sp. Melius nouis rebus studentem manu sua occidit.

## De fictis personis, & mutis rebus.

CAP. XXXIX.

**C**icero in oratione pro Cælio Appio Cæco vita oligo functo sermonē attribuit. Illa etiam oratio ad permouendos animos magnam vim habet, cum mutis personis sermonē damus, ut Cicero fecit contra Catilinam. Etenim si mecum patria, quæ mihi vita mea multo est charior, si curta Italia, sic omnis Respub. loqueretur. M: Tulli quid agis? & ea, quæ sequuntur. Eadem etiam in eadem oratione cum Catilina loquentem facit eleganti oratione, cuius initium est, Nullum iam tot annos san-

cinus

Orat. i.

'cinos extitit, nisi per te: nullum flagitium  
sine te. Fecit & Lucanus: tandem cum Iu-  
lio Cæsare loquentem, usquam ille Ru-  
biconem fluuium, qui dirimit Galliam ab  
Italia, transiret.

Et ventum est parui Rubiconis ad vndas  
Ingens visa duci patriæ trepidantis imago,  
Clara per obscuram vultu mæstissima noctem:  
Turrigerò canos effundens vertice crines  
Cæsarie lacera, nudisque astare lacertis,  
Et gemitu permixta loqui. Quò tenditis ultra?  
Quò fertis mea signa viri? si iure venitis,  
Si ciues: buc usque licet.

Quæ sint ad amplificandum  
adhibenda.

C A P. XXXX.

In Par-  
tit.

**S**i causa patitur, ea sunt ad amplifican-  
dum adhibenda, quæ magna habentur:  
quorum est duplex genus. Alia enim mag-  
na natura videntur, alia usu. Natura vt  
cœlestia, vt diuina, vt ea, quorum obscuræ  
causæ, vt in terris, mundoq; admirabilia,  
quæ sunt: ex quibus similibusq;, si attēdas,

ad

ad augendum: multa suppetunt. Vt sub habē-  
tur magna, quā videntur hominibus, aut  
prodeesse, aut ob. Se vehementius: quorum  
sunt genera ad amplificandum tria. Nam  
aut charitate mouentur homines, vt Dei,  
vt patriæ, vt parentum: aut amore, vt fra-  
trum, vt coniugum, vt liberorum, vt fami-  
liarium: aut honestate, vt virtutum, maxi-  
mēq; earum, quæ ad cōmunionem hominū  
et liberalitatem valent. Ex his et cohor-  
tationes sumuntur ad ea retinenda, et in  
eos à quibus ea violata sūt, odia incitātur,  
et miseratione nascitur, proprius locus augē-  
di in his rebus, aut amissis, aut amittendi  
periculo. Quanuis enim neque ad proban-  
dum, neq; ad amplificandū adhiberi quic-  
quam potest, quod ex locis petitum nō sit,  
ramen ea ipsa, quæ petuntur ē locis ad am-  
plificandum magna esse debet. Sic fecit Ci-  
cero in Catilinam cum ait, Quapropter de In Catil.  
summa salute vestra et populi Romani P. lin. Or. 4  
C. de vestris cōiungibus ac liberis, de aris ac  
focis, de fanis ac templis, de totius urbis te-  
ctis, ac sedibus, de imperio, de libertate, de  
salute

salute Italæ, deque vniuersa Rep. decerni  
te diligenter, ut instituistis ac fortiter. Ple  
raque omnia sumpta sunt e loco ab adiun-  
ctis, sed sunt usu magna. Virgilius etiam  
cum Iulij Cæsar is deplorat mortem à re-  
bus natura magnis, quas ad locos supradic-  
tos referre tamen possis, amplificationem  
duxit.

**G**eorg. i Ille etiam extincto miseratus Cæsare Romam,  
Cum caput obscura nitidum ferrugine texit:  
Impiaq; æternam timuerunt sæcula noctem.

Quam usque ad libri finem elegantissime  
prosequitur.

Quid in amplificatione seruandū.

C A P .    XXXXI.

**N**ihil in amplificatione nimis enuclean-  
dum est. Minuta est enim omnis di-  
ligentia, hic autem locus grædia requirit.  
Illud est iudicij, quo quaque in causa ge-  
nere utamur augendi: in illis enim causis,  
quæ ad delectationem exornantur, iij loci  
tractandi sunt, qui mouere possunt expe-  
ctatio-

In Par-  
tit.

Etationem, adm̄ rationem, voluptatem. In cohortationib⁹ autem bonorum ac malorum enumeratis eis & exempla valēt plurimum. In iudicijs accusatori fere quæ ad iracundiam, reo plerumque quæ ad miserationem pertinent. Nonnunquam tamen accusator misericordiam mouere potest, & defensor iracundiam.

¶ Cur quædam inuentionis præcepta ad causarum genera dentur accommodata: & de dignitate exornationis.

CAP. XXXII.

**E**T si ex supradictis fontibus omnis ad omnem orationem manat inuētio, tamen veteres oratores de generibus causarum (ut dissentium minuerent laborem) seorsum præcepta tradiderūt. De præceptis autem exornationis in primis dicendū est. Nam & latum genus est saneque varium, ut quod ad laudandos claros viros,

D.

¶

De or. 3.

Quid ad improbos vituperatlos suscipiatur  
 ad aliorū etiam vel animi liū vel carentiā  
 anima laudem vel virtutis rationē adhibe-  
 tar, ut Cicerō laudes Pompeij in Oratione  
 pro lege Manilia, Siciliæ in aetiis in  
 Verrem studierū vero humanitatis in ora-  
 tione pro Archia poeta exornavit. Acce-  
 dit etiam ad eius commendationem, quod  
 nullum est genus orationis, quod aut vle-  
 zius ad dicēdū, aut utilius ciuitatibus esse  
 possit, aut in quo magis orator in cognitio-  
 ne virtutū viriorum q̄b veretur. Conficitur  
 autē genus hoc dictionis ad animi motus  
 leniter trāllandos, magis quā ad fidem fa-  
 ciendā, aut cōfirmandū accommodatē. Pro-  
 priū n. laudis est res amplificare & orna-  
 re. Quā cō causā Aristoteles, & postea  
 Cicero, & Quintilianus idoneā maxime  
 inter omnia genera causarum existimau-  
 runt adscribendum exornatiōrem.

Ex tempore praterito quomodo.  
 laus ducatur.

M. T. XXXXII.

Laud

**L**AUS hominum, cuius cognita præcep-  
ta facile a res alias transferuntur, diui-  
ditur in tempora, ante eos fuit, quoq[ue]  
i[st]i vixerunt. In his autem qui vita funeti  
funt, etiam quod est in securum. Ante ho-  
minem patria, ac parentes, maiorescēt erant,  
quorum duplex tractatus est: aut enim  
respondisse nobilitati pulchrum erit, aut  
humilius genus nobilitasse factis. Illa quo  
que interim ex eo, quod ante ipsum fuit  
tempore trahentur, quæ responsis, vel ora-  
culis, vel signis futuram claritatem promi-  
serint, ut in dno Ioanne Baptista, multiq[ue]  
que alijs viris sanctissimis.

De tempore quo vixit is, qui laudat.

CAP. XXXXIII.

**I**T sius latus hominis ex animo, & corpo-  
re, & extra positis peti debet. Externa sunt, ut  
sunt, ut educatione, opes, dimittit, propinquū,  
amicī, posētia, gracie, cetera q[uod] huic modi.  
In corpore vero sūt hæc, forma, vires, valen-  
do, & bis similia. Quib[us] ha[bi]tuerit, lauda-

Cic. de  
Orat.

tur, quod bene illis sit usus: si non habuerit, quod sapienter caruerit: si amiserit, quod moderate trahitur et quanuis corporis, fortuita quae dicuntur, bona in se veram laudem non habeant, quae deberi virtuti vni putatur, tamen quod ipsa virtus in earum rerum usu ac moderatione maximè cernitur, tractanda etiam in laudationibus hæc sunt. In quibus est summa laus non extulisse se in potestate, non suis- se insolentem in pecunia, non se prætulisse alijs propter abundantiam fortunæ: ut opes et copiae, non superbiæ videantur ac libidini, sed bonitati, ac moderationi, facultatem ac materiam dedisse. Inter corporis

In Par-

tit. Verò bona, forma, quæ virtutem significat, facile laudatur, quod elegantissimè Lattinus poeta his verbis significauit.

Ænei 5.

Tutatur fauor Euryalum lachrymæque decoræ, Græcior, &amp; pulchro veniens in corpore virtus.

Quint. L.

Sed horum omnium leuior, at animi semper  
3 c. 7. vera est laus: quæ quoniam à virtute proficiuntur, de illa nunc dicendum est.

De

**D**e animi bonis, & virtute, quæ  
scientia cernitur.

CAP. XXXXV.

**V**irtutis duplex est vis: aut enim scientia cernitur <sup>In part.</sup> virtus, aut actione. Nam quæ prudentia, quæque grauissimo nomine sapientia appellatur, hæc scientia pollet una, quæ verò moderandis cupiditatibus regendisque animi motibus laudatur, eius est munus in agendo. Prudentia est rerum expetendarum, fugiendarumque scientia. Sapientia autem virtutum omnium princeps, est diuinarum humanarumque rerum scientia. Sunt autem aliae quæ <sup>In part.</sup> si ministræ comitesque sapientiæ: quarum altera, quæ dialectica dicitur, quæ sint in disputando vera atque falsa distinguit, & iudicat: altera est oratoria. Nihil enim est aliud eloquentia, nisi copiose loquens sapiæzia, quæ ex eodem haustæ genere, quo illa in disputando vberior est, atque latior, & ad motus animorum, vulgique sensus ac-

DE ART  
commodatior. Studia etiam omnium bona  
et iuris artium ad hunc locum pertinent.

## De virtute, quæ in actione cōsistit.

CAPVT. XXXVI.

Auct. L. 1. **V**irtus, quæ in actione posita est, tres ha-  
the. c. 9. bet partes, Iustitiam, Fortitudinem,  
Offic. 1. & Temperantiam. Iustitia est virtus, quæ in  
hominum societate tuenda, tribuendoque  
sum cuique, & rerum contractarum st-  
de versatur. Illa erga deum religio, erga  
parientes pietas, vulgo autem bonitas, credi-  
tis in rebus fides, in moderatione animad-  
uertendi lenitas, amicitia inneuolentia  
nominatur. Fortitudo est considerata peri-  
culorum suscepitio, & laborum perpessio,  
cuius est liberalitas in usu pecuniae. Tem-  
perantia est rationis in libidinem, atque  
in alios non rectos impetus animi firma-  
& moderata dominatio. Cautus vero virtus  
rum omnium, de decus fugiens, laudemq;  
maxime consequens, per eccundis est.

Quo-

Quōmodo aus ab hoc loco sit  
excenda.

## CAP. XXXVII.

**E**T quoniam singularū virtutum sunt certa quædā officia, ac manera, & sua cuiq; virtuti laus propria debetur: erit ex plicādum in laude iustitiae, quid cum fide, quid cū æquabilitate, quid cū huiusmodi aliquo officio is, qui laudabitur, sacerit. Huc spectat illa Ser. Sulp. laus apud Cice. Phil 90. nonē, Nec verò se lebitur admirabilis quādam, & incredibilis, & penè diuinacius in legibus interpretandi, & equitate explicantis, scietia. Omnes, qui ex omni etate hac in ciuitate intelligentiam iuris habuerūt, si vnum in locum confrarentur, cum Ser. Sulpicio non sunt comparandi. Neque enim ille magis iuris consulitus, quam iustitiae fuit. Itaq; quæ proficicebantur à legibus, & à iure ciuili, semper ad facilitatem, & equitatemque referebant: nīq; constituerūt actiones malebat, quām controuerſias tollere. Itemq; in cæteris res gestæ ad-

cuiusque virtutis genus, et vim, et nomē  
 accommodabuntur. Gratissima autem laus  
 eorum factorum habetur quæ suscepta vi-  
 dentur à viris fortibus sine emolumēto, ac  
 præmio; quæ verò etiam cum labore et pe-  
 riculo ipsorum, hæc habet uberrimam co-  
 piam ad laudandum, quod et dictionatis  
 sime possunt, et audiri facilime. Ea enim  
 deniq; virtus esse videtur præstantis viri,  
 quæ est fructuosa alijs, ipsi autē laboriosa,  
 aut periculosa, aut certe gratuita. Dræces  
 apud Virg. ita Æneam alloquitur.

*En. II.* ò fama ingens, in gentior armis.

*Vir* Trotane, quibus cœlo te laudibus æquem?

*Iustitiae* ne prius mirer, belli ne laborum?

*Hinc* Seruum Sulpitium mirifice Cicero  
 laudat: quod difficillimo Reip. tempore,  
 graui periculosoque morbo affectus, auto-  
 ritatem senatus salutemque pop. Rom. vi-  
 tæ suæ proposuerit, contraque vim graui-  
 tatemque morbi contenderit, ut ad castra  
 Antonij, quo Senatus eum miserat, perue-  
 niret. Magna etiam illa laus, et admiræ-  
 bilia videri solet, tulisse casus sapienter ad

*phil. 2.*

*uersos.*

versos: non fraci imesse fortuna: retinuisse  
 in rebus asperis lignitatem. Sic Cicero Mi-  
 lonis in graui, a difficulti tempore vultum  
 semper eundem, & vocem, & orationem  
 stabilem ac non mutatam commendat, &  
 eius in fractum & excelsum animum ex-  
 tollit. Sumendae autem res erunt aut mag-  
 nitudine prestabiles: aut nouitate primae:  
 aut genere ipso singulares. Eiusmodi re-  
 rum plenae sunt orationes Ciceronis pro le-  
 ge Manilia, & pro M. Marcello, in qua  
 rum altera C. Pompeium, in altera Iulium  
 Cæsarem laudat: neque enim paruae, neq[ue]  
 visitatæ, neque vulgares admiratione, aut  
 omnino laude dignæ videri solent. Est etiæ  
 cum cæteris præstantibus viris compara-  
 tio in laudatione præclara. Sic apud Vergi-  
 lium Augustus Cæsar cum his compara-  
 tur, quorum erant illustres victoriæ.

Nec verò Alcides tantum telluris obiuit,  
 Fixerit æripidem ceruam licet, aut Erymanthi  
 Placarit nemora, & Lernam tremere fecerit arcu.  
 Nec qui pampineis victor iuga flectit babenis,  
 Liber agens celso Nisæ de vertice tigres,

Li. 6.

Et Cicero in Philippicis. 1. Antonium  
cū Tarquinio superbo co sparat: & D.  
Brutus, qui regnare non p. f.ebatur. Anto-  
niūm beneficia in Remp. maiora esse do-  
cet, quām L. Brutus, à quo Tarquinius ex-  
pulsus est.

## De tempore, quod finem hominis, in sequitur.

CAP. XXXVIII.

**N**ec mors eorum, quorum vita laudab-  
itur, silētio præteriri debebit: si mo-  
do quid erit anima dñuertēdum, aut in ipso  
genere mortis, aut in ijs rebus, quæ morte-  
erunt consecuta. In tēpore autem, quod fi-  
nem hominis in sequitur insunt habiti post  
mortem honores, decretæ virtutis præmia,  
res gestæ iudicijs hominum comprobatae.  
Afferunt etiam laudem liberi parenti-  
bus, vrbes conditoribus, legislatoribus, ar-  
tes inuentoribus, nec non instituta quoq;  
que authoribus. Hinc est illud Ciceronis

De seruio Sulpicio. Quanquam nullum, p̄hū, monumentum carius ser. Sulpitius re-linquare potuerit, quam effigie in morum suorum, virtutis, constantiae, pietatis, ingenij filium, cuius luctus aut hoc honore p̄stro, aut nullo solatio leuari potest. Et in alia oratione: Romulum, qui hanc ur- In Cui- bem condidit, ad deos immortales bene- uolentia famaq; sustulimus. Ouidius lau- dem eorum, qui astrorum scientiam inue- verunt, his elegantissimis carminib. cele- brauit.

Fælices animæ, quibus hec cognoscere trimum, Fast. L. 1.  
In domo sperum scatere cura fuit.

Celibile est illas pariter vitissimæ incisæ  
Alius hamanis exeruisse caput.

Non Venus, et vinum sublimis peccata fregit,  
Officium' y fori militi' e' labor.

Nec leuis ambitio perfusa' gloria fuso,  
Magnarumque famæ solicitanit opum.

Admovere oculis distantia sydera nostris  
Æbera'q; ingenio supposuere suo.

Omnis ordo supradictus in vituperatione Quinti-  
constabit tantu' in diuersum, id quod in ora 9. t. t.  
tioni.

qinnibus Ciceronis in Piso, in Vatiniū,  
in M. Antonium, maximeq; ex secunda  
Philippica animaduertit licet.

## De laude urbium.

CAPVT. XXXIX.

Quinti. L. Audantur urbes similiter atque homines. Nam pro parente est conditor, et multum authoritatis affert vetustas, et virtutes ac vitia circa res gestas, eademq; in singulis. Illa propria, quæ ex loci positio ne, ac munitione sunt. Ciues illis ut hominibus liberi, decori. Ad hunc locum pertinet illud Virgil. de urbe Roma.

Aenei. En buius nate, auspicijs illa inclita Roma.  
Imperium terris, animos aequabit olymbo,  
Septemque una sibi muro circundabit arces,  
Felix prole virum.

Idem etiam poeta Italiæ laudes elegantissime celebravit ex his locis, in secundo libro Georgicorum.

## De deliberatione.

CAP. L.

Quæ

**Q**uæ traditæ sunt exornationis præcep-  
ta, multum ad sententiam dicen-  
tiam dicen-  
valent: quia plerique umane eadem illic lauda-  
ri, hic suaderi solent. In deliberando finis  
est dignitas, ad quem omnia referuntur in  
consilio dando sententiæque dicenda: sunt Quintil.  
autem et in suadendo, et in dissuadendo L. 3. c. 10.  
tria primum spectanda: quid sit, de quo de-  
liberetur: qui sint, qui deliberent: qui sit,  
qui suadeat.

## De re, de qua deliberatur.

### CAPVT. LI.

**R**em, de qua deliberatur, aut certū est posse fieri, aut incertum. Si incertum hæc erit quæstio sola, aut potētissima. Sæpe enim accedit ut prius dicamus, ne si possit quidem fieri, esse faciendum: deinde fieri non posse. Cum autē de hoc queritur, coniectura est, vt, An Rex Emanuel terras ultra Oceanum sic inuenturus. Sic ait Ci-  
cer. Pacem cum M. Antonio esse nolo quia turpis est, quia periculosa, quia esse non

Quinti. non potest. Quae tria diligentissime in oratione explicat. Quodam fieri posse, et futura esse credibile est. sed aut alio tempore, aut alio modo. Partes suadendi in universum sunt tres, prima est, ut doceamus effici posse id, quod suademus: secunda

Ar.Rhe. deinde honestum esse: postremo vero esse  
I.1.c.4 Cicer. utile. In primis itaque videndum est, an effici possit id, quod suademus, nam si quid effici non possit, deliberatio tollitur; quan-  
tis et honesta et utile sit: videndum erit  
De ora 2. est quam facile possit: nam que per difficultas sunt, perinde habenda sunt, ac si effici non possint. Et cum de necessitate attendemus, et si aliquid non necessarium videbitur, videndum tum erit, quam sit magnū.

Libr. 8. dec. 3. Quo enim per magni interest, pro necessitate s̄aepē habetur. Est apud T. Liliū p̄æclarā P. Scipionis oratio, in qua et posse Annibalem in Africā vinci demonstrat: et ad dignitatem populi Romani famamq; apud reges, gentesque externas pertinere, non ad defendam modò Italiam, sed ad inse-  
redactiam Africæ armæ, videri Romanis

*animum;*

animum esse: et in primis esse utile requiri  
escere aliquando diu vexatam Italicam, ut  
popularique in vicem Africam.

## De his, qui deliberant.

CAP. LII.

**D**Iuersi sunt deliberantium animi: & Quinque  
sive consultent plures, sive singuli, in l. c. id.  
utrisque differentia est. Quia & in pluri-  
bus multa interest, senatus sit, an populus:  
Romani, an Hispani, an Galli: & in sin-  
gulis, Cato an Cicero, Cæsar an Pompeius  
deliberet. Proinde intuenda sexus, dignitas  
etas, sed mores precipue discrimine dabat.  
Tuo enim sunt hominum genera, alterum In Parte  
indolentium, & agrestis, quod ante fuit semper  
utilitatem honestati: alterum expolitum, quod  
rebus omnibus dignitatem anteponit.

## De prima parte suadendi.

CAP. LIII.

**S**lb honestatis pulchritudo verni occulte Attil. 16  
posset, mirabilis sui amore resurget. the. c. 9  
Offic. Sed

In part. Sed quoniam genus hominum ad honestatem  
 natum malo cultu, rauisq[ue] opinionibus corruptum est, diligenti cohortatione  
 opus est. Et honesta quidem apud honestos suadere facillimum est: si vero apud tur-  
 pes recta obtinere conabimur, ne videamur, exprobrare diuersam vitae sectam, ca-  
 uendum est. Et animus deliberantis non  
 scia virtutis commendatione permouen-  
 dus, sed laude, vulgi opinione, & secutura  
 utilitate aliquanto vero magis obijciendo  
 aliquos, si diuersa fecerint, metus. Nam prae-  
 ter id, quod his leuisimi cuiusque animus  
 facilime terretur, nescio an naturaliter a-  
 pud plurimos plus valeat malorum timor,  
 quam spes bonorum. Genus est enim eius-  
 modi [ait Cic.] quod vestros animos excita-  
 re atque inflammare debet, in quo agitum  
 pop. Ro. gloria que vobis a maioribus, cum  
 magna in omnibus rebus, tum summa in  
 re militari tradita est: agitur salus socio-  
 rum, atque amicorum pro qua, multa ma-  
 iores vestri magna, & grauia bella pesse-  
 runt: aguntur certissima pop. Ro. vectiga-

Quinti.  
L. 3 c. 10.

bida

lia, & maxima quibus amissis, & nacis  
ornamenta, & subsidia belli requiretis. So-  
la virtutis commendatione incendit mili-  
tum animos Cato apud Lucanum ad ag-  
grediendum iter difficillimum & pericu-  
losissimum.

O quibus una salus placuit mea castra secutis  
Indomita ceruice morti, componite mentes  
Ad magnum virtatis opus, summosq; labores.

Lib. i.

Quam orationem pulchra illa claudit sen-  
tencia.

Serpens, fitis, ardor, arenæ,  
Dulcia virtuti. Gaudet patientia duris,  
Lætius est, quoties magno sibi constat, honestum.

Sæpe etiam controværsia inter hominum  
sententias in illo est, verum sit honestius.  
Affirmant autem viri sapientissimi om-  
ne officium, quod ad cōiunctionem homi-  
num, & ad tuendam societatem valer, an-  
teponendum esse illi officio, quod cogni-  
zione & scientia continetur. In ipsa autem  
communitate sunt gradus, ex quibus, quid  
cuique præstet, intellegi potest, ut prima  
Deo Optimo Max. secunda patriæ, tertia

parentibus, deinceps gradum reliquum res-  
quis debantur. Ex quibus atque simili-  
bus intelligimus, quomodo hanc suasionis  
partem, quae honestatem pertinet tra-  
dere debeamus.

### De utilitate. CAP. LIII.

Ari. I. 1. rhe. c. 6 Quinti L. 3. c. 10. **A**N sit autem facile magnum, iucundum,  
sine periculo, ad quaestione m pertinet  
utilitatis. Suasor itaque vel omnia haec,  
vel corum pleraque in esse in eo, quod sua-  
det, ostendet. Ilioneus his verbis alloquitur,  
Latinum regem apud Virgilium.

Dys sedem exiguam patrijs, littusq; rogamus  
Innocuum, & cunelis vndamq; uaramq; patentem  
Non erimus regno indecores: nec restra feretur  
Fama leuis, tantiq; abolescet gratia fatti.

Li. 8. Dec. 3. **Q**ui verò dissuadet, ille difficile, parvum,  
in iucundum, periculose monstrabit. Hoc  
modo Fabius Maximus apud T. Linium  
ne P. Scipio in Africam traxiat, conten-  
dit: cū Annibal hostis in columi exercitū  
quartū decimū annum Italiam obsideat.  
Nam nunc quidem præter quam quod, et  
in

in Italia, & in Africa duos diuersos enemis  
 citus alere aerarium non potest, praeter quod  
 quod unde classes tue amur, unde commen-  
 zibus praebedis sufficiamus nihil reliqui  
 est: periculi tandem quantu[m] adaeatur, que  
 fallit? Deinde grauiter & sapienter diffi-  
 cultates multas, & pericula cōmemorat,  
 quae futura sint, ni consul uterque in Italia  
 retineatur. Eodem etiam modo propositis  
 duobus utilibus, utrum sit utilius contro-  
 uersia est. Cum autem species utilitatis cum de oratione  
 honestate certat, qui utilitate defendet, enuntiatur  
 merabit cōmoda pacis, opum, potentiae ve-  
 ctigaliū, prōsidij, militum, utilitatesq[ue] cœ-  
 terarum rerum, quarum fructum utilitate  
 metimur: itemq[ue] incōmoda contrariorum.  
 Ex his locis Catilina apud Salustium ad ne-  
 fariū facinus, quod ille maximū atq[ue] pul-  
 cherrimum vocat, cōjuratos hortatur, Vo-  
 bis (inquit) est domi inopia foris & alienū,  
 malares, spes multo asperior, denique quid  
 reliqui habemus praeter miseram animā?  
 Quin igitur expurgescimini? en illa, quā  
 sape optastis, libertas: præterea diuitiae,

*decus gloria in oculis sit: aut Curio simili-  
liter apud Lucanum specie utilitatis lu-  
lium Cæsarem ad ciuile bellum hortatur.*

Lib. I.

Bellantem geminis tenuit te Gallia lusiris,  
Pars quot a terrarum facili si prælia pana  
Gessris euentus tibi Roma subegerit orbem.  
*Qui ad dignitatem impellet, maiorū exē-  
pla, quæ erunt vel cum periculo gloriose  
colliget, posteritatis immortale memoria  
angebit, utilitatē ex laude nasci defendet,  
semperq; eam cū dignitate esse coniunctā.  
Hæc autem exercitatio defendendi specie  
utilitatis cōtra honestatē, in qua vna ve-  
ra est utilitas, ad scholarum exercitatio-  
nes utilis est: nam & iniquorum ratio-  
nē noscenda est, ut melius & quatuorcamur.*

Quintil.  
L. 3. c. 10.

## De eo, qui suadet.

CAP. LV.

De orat.  
2.  
Quinti.  
L. 3. c. 10.

**M**Ultum enim refert, quæ sit persona  
dicentis, suadere enim aliquid, aut  
dissuadere gravissimæ est personæ. Nam  
& sapientis est consilium explicare suum de  
maximis rebus: & honesti & diserti, ut  
mente

mente prouide re, autoritate probare, oratione persuadere possit. Nunc [ait Cic.] cu  
 & autoritatis in me tantum sit, quantum <sup>Man.</sup>  
 vos honoribus mandandū esse voluistis: et  
 ad agendum facultatis tantum, quantum  
 homini vigilanti ex forensi usu prope quo-  
 zidiana dicendi exercitatio potuit afferre:  
 certe, & si quid in dicēdo cōsequi possum,  
 ijs ostendam potissimum, qui ei quoqz rei  
 fructū suo iudicio tribuerunt. Anteacta <sup>Quintil.</sup>  
 li. 3. c. 10  
 vita si illustris fuit, aut clariss. genus, aut  
 ætas, aut dignitas affert expectationē, vi-  
 dendū est ne quæ dicuntur, ab eo qui dicit  
 dissentiant. Hoc egregie seruauit Virg. in  
 Latino rege, quem sic dicentē introducit.

Æn. I. 11

Olli sedato respondit corde Latinus

O præstans animi iuuenis, quantum ipse feroci  
 Virtute exuperas, tanto me impensis aequū est.  
 Consulere, atq; omnes metuentē expendere partes.

At his contraria summissiorem quēdam  
 modum postulant. Nam quæ in alijs li-  
 bertas est, in alijs licentia vocatur & qui-  
 busdam sufficit autoritas, quosdam ratio  
 ipsa ægre tuetur.

E 3

Quæ-

Quædam in deliberatione obser-  
uanda. CAPV. LVI.

Arist. I. 1. **A**ND consilium de Repub. dādum caput  
 Rhe c. 8. est nosse Rēpublicam, ad dicendum.  
 De or. 2. Verò probabiliter nosse mores ciuitatis,  
 Quinti. U. 1. c. 10. qui quia crebro mutantur, genus quoque  
 orationis est saepe mutandū. In senatu mi-  
 nori apparatu dicendum est, sapiens enim  
 est consilium, multisque alijs dicendi relin-  
 quendus locus, vitanda etiam ingenij, ostē-  
 tationisq; suspicio. Concio capit omnē vim  
 orationis, & grauitatem, varietatemque  
 desiderat: maximaq; pars orationis admo-  
 uēda est ad animorum motus. Hoc videre  
 est in quibusdam Ciceronis orationibus cō-  
 tra M. Antoniū in senatu habitis, quæ  
 cum sint elegantes & disertæ, nullum ta-  
 men apparatus habent. At oratio pro le-  
 ge Manilia, & orationes de lege Agra-  
 ria, multo magnificentius habent, & or-  
 Quinti natius genus dicendi. Vis autem ad sua-  
 14 c. 10. dendum exemplorum est maxima, aut re-  
 Cice, in par. centium, quo notiora sunt, aut veterum,

qna

quō plus autoritatis habent. Plerumque  
enim videntur respondere futura prae-  
ritis, habeturque experimentum velut  
quoddam rationis testimonium. Suadet  
Fabius Maximus in senatu, ne P. Scipio  
Annibale in Italia relicto in Africam  
traijciat: Dies me deficiat [inquit] si re-  
ges Imperatoresq[ue] temere in hostium ter-  
ras transgressos, cū maximis cladibus suis,  
exercituamq[ue] suorum enumerare velim.  
Deinde vetus affert Atheniensium exem-  
plum, qui classe in Siciliam transmissa,  
rempublicam suam in perpetuum affixe-  
runt. Et nouum M. Atilij, qui in ea  
ipsa Africa annis ante quadraginta in  
prælio vicitus & captiusest. Sequebatur, vt  
ea, quæ iudicijs accommodata sunt, expli-  
carentur: sed quia iudiciorum mutata re-  
tio, vt ea præcepta parum sint necessaria,  
efficit, & ex orationibus Ciceronis, & lo-  
cis supradictis, tum etiam his, quæ de par-  
tibus orationis dicentur, facile cognosci  
possunt: sequitur vt de secunda parte Rhe-  
toricæ dicamus.

# De Arte Rhetorica.

## LIBER II.

### De dispositione.

CAP. I.



**E**CVNDVS hic liber dispositionis præcepta continebit, quæ oratori per utilia sunt, & maximè necessaria. Quid enim diligenter argumenta inuenisse conferet, nisi pari diligentia, quæ inuenta sunt, collocentur? Excellentis ducis virtus non magis in diligendo fortissimè & strenuissimo quoque milite ad bellum, quam in instruenda ad pugnam acie cernitur: & si quam in corporibus nostris, aliorumque animalium partem permutes atq[ue] trasferas, licet habeat eadem omnia prodigium sit tamen. Et artus etiam leviter loco moti perdunt, quo viguerunt usum: & turbati exercitus sibi ipsi

Quinti.  
libr 7. in  
præfa.

ipſi ſunt impedimento. Sic oratio carens  
hac virtute, turbultuetur neceſſe eſt, &  
ſine rectore fluitet, nec cohæreat ſibi: mu-  
ta repetat, multa tranſeat, velut nocte in  
ignotis locis errans: nec initio, nec fine pro-  
poſito, caſum potius quam conſiliū ſequan-  
tur. Quapropter hic liber diſpoſitioni ſer-  
uiat. Eſt autē diſpoſitio rerum inueniarū  
in ordinem diſtributio. Cuius in infinita  
quæſtione ordo eſt ferè idem, qui expositus  
eſt locorum. In defiſita autem adhibenda  
ſunt illa etiam, quæ ad motus animorum  
pertinent. Atque eo fit, ut utamur Exor-  
dio, Narratione, Confirmatione, Peroratio-  
ne. Hæ ſunt enim quatuor orationis par-  
tes, per quas inuicta diſtribuimus. Quarū  
duæ valent ad rem docēdam, narratio &  
confirmaſio: ad impellendos animos duæ,  
principium & peroratio, de quibus ſigil-  
latim dicendum eſt.

De in-  
uent. 1.

In part.

In part.

## De Exordio. CAP. II.

**E**xordium eſt oratio animum auditoris De Inue-  
tidonee comparans ad reliquam dictio- Quint. L.  
4 c. 1.

E Snem.

*nem.* Id fierit tribus maximè rebus inter  
authores plurimos constat, si benevolum,  
*In part.* attentum, docilem auditorem fecerimus;  
quorū primus locus, id est, ut amice audia-  
musr, est in personis nostris, auditorum, ad-  
uersariorum, è quibus initia benevolētiæ  
concilianda comparantur, aut meritis no-  
stris, aut dignitate, aut aliquo genere vir-  
tutis, & maximè liberalitatis, officij, iusta-  
tie, fidei, contrarijsque rebus in aduersa-  
rios conferendis, & cù auditoribus aliqua  
coniunctionis, aut causa, aut spe significā.

*Pro C. Rabirio perduellionis reo,*  
*Rabirio.* Me cum amicitiæ vetustas, tum dignitas  
hominis, tum ratio humanitatis, tum meæ  
vitæ perpetua consuetudō, ad C. Rabiriū  
defendendum est adhortata: tum verò ve-  
id studiosissimè facerem, salus Reip. Con-  
sulare officium, Consulatus denique ipse  
mibi una vobiscum cum salute Reip. com-  
mendatus coegit: hæc autem accurate in  
eo exordio & ornate explicat. In oratione

*Pro P. Sylla.* verò pro P. Syllā sic ait: Quanquam ex  
huius incommodis magnā animo molestiam

*Capio,*

capio, tamen in cæteris malis facile prior  
 oblatum mihi tempus, in quo boni viri le-  
 nitatē meam, misericordiamq; notā omni-  
 bus quondā, nunc quasi intermissā agnos-  
 cerēt, improbi ac perditiciues edomiti at-  
 que vieti præcipitante Rep. vehementem  
 me fuisse atque fortem, conservata mitenz  
 ac misericordem facerentur. Et pro Cn. pro Cn.  
 Plancio suam cū iudicibus coniunctionem plancio  
 significat his verbis, Nunc autē vester Ju-  
 dices conspectus, & consensus iste reficit,  
 & recreat mentem meam cū intueor &  
 contemplor vnumquenque vestrum: video  
 enim hoc in numero neminē cui mea salus  
 chara non fuerit, cuius nō extet in me sūt  
 meritum, cui non sim obstrictus memoria  
 beneficij sempiterna. Itaq; non extimesco,  
 ne Cn. Plancio custodia mæ salutis apud  
 eos obfit, qui me ipsum maximè saluū vide-  
 re voluerūt. At in oratione pro P. Quin Pro P.  
 zio vim aduersariorum & gratiam in in- Quint.  
 uidiā vocat: & C. Aquilium eosq; qui in  
 cōsilio ad sūt, orat atq; obsecrat, ut multis  
 iniurijs iactatā atq; agitatam æquitatē in  
 eo

eo tandem loco consistere atq; cōfirmari pā  
tiantur. Intelligēter autem vt audiamur,  
Cōattente ā rebus ip̄is ordiendum est sed  
facillimē auditor discit Cōquid argatur, in-  
telligit, si cōplete ab initio genus natu-  
ramq; causæ, si definias, si diuidas, si neq;  
prudentiam ejus impediā confusione par-  
tium, nec memoriā multitudine. Sic exor-

Pro A. ditur Cicero pro A. Cluentio: Animaduer-  
ti Iudices, omnem accusatoris orationē in-

duas diuisam esse partes: Quam distribu-  
tionē ait certum sibi esse in defensione ser-  
uare, vt omnes intelligāt nihil eū nec sub-  
terfugere voluisse reticēdo nec obscurare

In Part. dicendo. Vt attente autē audiamur trium  
rerū aliqua consequemur. Nā aut magna  
quædam proponemus, aut necessaria, aut  
coniuncta cum ipsis, apud quos res agetur.

Pro do- Luculēter hunc locū Cic. tractauit in exor-  
mosua. dio nobilissimæ orationis pro domo sua:  
Quod si ullo tēpore magna causa in sacer-  
dotū pop. Ro. iudicio ac potestate versata  
est, hæc profectò tanta est, vt omnis Reip.  
dignitas, omnium ciuium salus, vita, liber-

tas aræ, foci, dij penates, bona fortunæ, domicilia, vestræ sapietiæ, fidei, potest atq[ue] cōmissa creditaq[ue] esse videantur. Verum Quintil. exhibit, quæ proposita sunt, a iudicatis aliud 1.4.c.1. pro varietate causarū desiderari palā est.

## De generibus causarum.

### CAPVT. III.

**G**enera porrò causarum, plurimi quinque Cicer. 1. que fecerunt, honestū, humile, dubiū de inuēt. vel anceps, admirabile, obscurum. Sunt quibus recte videatur adiungi turpe, quod alij humili, alij admirabili subjiciunt. Admirabile autem vocant, quod est præter opinionem hominum constitutū. In anticipiti maxime benevolū iudicem, in obscurō docilem, in humili attenū, parare debemus: nam honestum quidem, ad conciliationem satis per se valet, in admirabili & turpi remedijs opus est: & eo quidam exordiū in duas diuidunt partes, principium, & insinuationem, ut sit in principijs recta benevolentia, et attentionis postulatio, quæ quia esse in turpi causa genere non possit, insinua-

Ad Her.

lib. 1.

Cic. de inuēt. II.

Qualit. insinuatio surrepat animis, maxime ubi  
 I. c. prorsus causæ non satis honesta est, vel quia  
 ap. Her. res sit improba, vel quia hominibus pa-  
 I. Cic. rum probetur. Et quidem quibus aduer-  
 De I. t. uent. I. ses hæc remedij sit medendum, consiliū  
 ex causis sumetur. Illud in vniuersum præ-  
 ceptum sit, ut ab ijs quæ lœdunt, ad ea,  
 quæ prosunt, refugiamus. Si causa labo-  
 rabimus, persona subueniet, si persona, cau-  
 sa. His etiam de causis insinuatione uten-  
 dum est, si aduersarij oratio auditorum  
 animos occupauerit, vel si dicendum apud  
 fatigatos est: quorum alterum promitten-  
 do nostras probationes, & aduersas elu-  
 dendo vitabimus: alterum & spe breuita-  
 tis, & ijs, quibus attentum fieri auditore  
 docuimus. Vt uirtus etiam opportuna re-  
 ficit animos, & undecunque petita audi-  
 toris voluptas lehat tedium.

Cuiusmodi exordia esse debeant.

C A P V T . IIII.

Aris I. 3.  
rhe c. 14

De or. 2  
Quinti.  
I. c. 1.

E Xordia semper cū accurata, & acuta,  
& instructa sententijs, apta verbis,

tum

zum causarum propria esse debent. Prima est enim quasi cognitio, & cōmendatio orationis in exordio, quæ continuo cum, qui audit, permulcere atque allicere debet. Maxima autem copia exordiorū ad auditorē aut alliciendum, aut incitandum ex his locis trahitur, qui ad motus animorum cōsciendos inerunt in causa: quos tamē totos in exordio explicari non oportebit, sed tantum impelli primò auditorem leniter, ut iam inclinato reliqua incumbat oratio.

### De vitijs exordij. CAP. V.

**H**ÆC autē sunt vitia certissima exordiorum, quæ summopere vitare oportebit: vulgare commune, commutabile, longum, separatum, cursum contra præcepta. Vulgare est, quod in plures causas potest accommodari, ut conuenire videatur. Commune est, quod nihilominus in hanc, quam in contraria partē causæ potest conuenire. Commutabile est quod ab aduersario potest leuiter mutari ex contraria parte dici. Longū est, quod pluribus verbis, aut sensu-

Defin.  
vēt lib. 1.

ad Hēt.  
lib. 1.

Quinti.  
14.c. 1.

seniētis, vltra quām satis est, producitur.  
 Oportet enim vt aēibus ac tēplis vestibula,  
 aditus, si causis proportionē rerum  
 principia p̄æponere. Separatum est, quod  
 non ex ipsa causa dūctū est, nec sicut ali-  
 quod membrū annexum orationi. Trans-  
 latum est, quod aliud cōficit quām causæ  
 genus postulat, vt si quis docilem facit au-  
 ditorem, cum benevolentiam causa desi-  
 deret: aut si principio vtatur, cum insinua-  
 tionem res postuleret. Contra p̄æcepta est,  
 quod nihil eorum efficit, quorum causa  
 p̄æcepta de exordijs traduntur: hoc est,  
 quod eum, qui audit, nec benevolum, nec  
 attentum, nec docilem reādit, aut, quo pro-  
 fecto nihil peius est, vt contra sit, facit.

### De exordio quædam in genere judiciale. CAP. VI.

Arist. I.4. **D**ictum est de exordio in commune, ref-  
 te c. 14. tat vt breuiter, si quid in singulis gene-  
 De or. 2. ribus in exordiendo proprium est, adiicia-  
 l. 4. c. 1. mus. Et à indicijs incipiamus, veteres  
 oratores diligēter id curabāt, vt in genere  
 iudi-

iudiciali ex ipsis visceribus causæ sume<sup>n</sup> De ora-  
rent exordia: iudicē conciliabant non tan-<sup>to. 2.</sup>  
tum laudando eum, sed laudem eius ad  
utilitatem causæ suæ coniungētes, allegā-  
do pro honestis dignitatem illi suā, pro hu-  
milibus iustitiā, pro infelicibus misericor-  
diā, pro læsis severitatē, & similiter cæte-  
ra: metū nonnunquā amovebāt, vt Cicero  
pro Milone, ne arma Pompeij contra se  
disposita putarent, laborauit: nonnunquā Aristot.  
adhibebant, vt idem in Verrem facit. Da-<sup>Rhet. I. 3.</sup>  
bant etiam operam ne ostentarent in prin-<sup>cap. 14.</sup>  
cipijs curam. Non semper autem exordio Quintil.  
vtebantur, sed in honestis, in paruis etiam 1. 4. C. 1.  
atque frequentibus causis ab ipsa re omis-<sup>Cice. de</sup>  
so exordio incipiebant. orat. 2.

## De exordio in exhortatione, & deliberatione. CAP. VII.

PRÆter ea, quæ de exordio dicta ingenus  
demonstratiū facile transferri possūt,  
illud est notandū: exordia in eo esse maxi-  
mè libera: vt Aristoteles existimat. Nam  
& longe à materia duci, & ex aliqua rei

Rhe. ad  
Alex. c.  
31. &  
Quintil.  
li. 3. c. 10

In part. vicinia possunt. In deliberatione vero saepe nulla vel brevia esse debent. Non enim  
 Quinti. L. 3. c. 10. supplex ut ad indicem venit orator, sed hor-  
 rator, atque auctor. Quare cum principio  
 rectur, proponere, quamēte dicat, qui a ve-  
 lit, quibus de reb⁹ dicturus sit, debet, horta-  
 riq⁹ ad se breuiter dicentiem audiendum.

### De narratione. CAP. VIII.

Arist. I. 3. + **N**arratio est rerum explicatio, & quæ  
 the. cap. 16. dam quasi sedes ac fundamentum con-  
 stituenda fidei. Oportebit autem eam tres  
 In part. De in- habere res, ut breuis, ut aperta, ut proba-  
 uent. l. 1. ad Her bilis sit: per quas efficitur, ut auditor in-  
 li. 4. c. 2. telligat, meminerit, credatur. Erit autē bre-  
 uis narratio, si constet simplicibus verbis,  
 In part. Quinti. 1. 4. c. 1. semel vñatiuum res dicatur, - cum  
 etiam si recederimus omnia, quibus subla-  
 tis neque cognitioni quicquam: neque vti-  
 lizati defrabitur. Non tamē inornata de-  
 bet esse breuitas, alioqui sit indecta. Erit  
 autem perspicua, si verbis vñitatis, si ordine  
 temporum conseruato, si non interrupto  
 narrabitur. Probabilis autem erit, si per-  
 sonis,

Jonis, si temporibus, si locis ea, quæ narrabuntur consentient si cuiusque facti, & cœuenti causa ponitur: si testata dici videbitur: si cum hominū opinione, autoritate, si cum lege, cum more, cū religione cōiuncta: si probitas narrantis significabitur: si antiquitas, si orationis veritas, & vitæ fides. *Ci In part. & 2 de*  
*ceroni vehementer placet ut iucunda, &*  
*suauis sit narratio, eamq; suauē effe narrat. & 8c*  
*tionē ait, quæ habet admirationes, expectatiōnēs, exitus inopinatos, quæ interpositos*  
*motus animorū, colloquia personarū, dolores, iracūdias, metus, lātītias, cupiditates.*  
*Quinti. li. 4. c. 8.*

## Quando narratione vtendum sit.

### CAPVT. IX.

**I**n iudicijs quando vtendum esset, aut non esset narratione, id erat consilij. *De ora*  
*Nec enim si notares esset, nec dubiū erat,*  
*quid gestum esset, narratio adhibebatur,*  
*nec si aduersarius narrauerat, nisi si refel-*  
*lebatur. In exornatione verò narratio*  
*non erit illa, quæ necessariò consequatur*  
*exordium, sed si qua inciderit, cum aliquide*

eius, de quo loquemur, nobis narrandum  
 sit, cū laude, aut vituperatione, præceptio  
 Aristot. narrandi de hoc loco perit. Nec multā  
 Rhet. 3. cap. 15. sācē sāpe in dēliberatione narrādū est: est  
 Cicer. in enim narratio præteritarum rerū, aut præ  
 parti. Quinti sentium: suasio autem futurarū. Priuata  
 li. 3. c. 8. certè deliberatio narrationē nūquā exiget  
 eius dūtaxat rei, de qua dicenda sententia  
 est, quia nemo ignorat id, de quo consulit:  
 extrinsecus possunt pertinētia ad delibera  
 tionem multa narrari. In cōcionibus sāpe  
 est etiā illa, quæ ordinē rei docet, necessa  
 ria. Nunc ad confirmationem trāscamus.

## De confirmatione CAP. X.

Arist. S Equitur confirmatione in qua sugerēda  
 Rhetor. sunt firmamenta cāusē coniuncte, &  
 c. 17. De orat. infirmandis contrarijs, & nostris confir  
 mandis, namq; una in causis ratio quædā  
 De Inuē. lib. 1. ad est eius orationis, quæ ad probandā argu  
 H. L. I. mentationē valet: ei autē & confirmatione  
 & reprehensionē quærit. Sed quianee  
 reprehendi, quæ cōtradicūtur, possunt, nisi  
 zua confirmess: neq; hæc cōfirmari, nisi illa  
 reprehē

reprehēdas, id circa hæc & natura, & tra-  
ditione, & utilitate cōiuncta sunt. Tota  
autē spes vincendi, ratioq; persuadendi in  
bac parte posita est. Nā cū argumēta nos-  
tra exposuerimus, cōtrariaq; dissoluerim⁹  
absolutē nimirū erit à nobis oratoris mune-  
ri satisfactū. Ut rūq; igit̄ poterim⁹ cōmode  
facere si cōstitutionē causæ cognouerimus.

Quid sit status. CAP. XI.

**S**tatus est quæstio, quæ ex prima causa· Quint. I.  
rum conflictione nascitur, ut sit intētio <sup>3 c. 6.</sup>  
accusatoris: Sylla cōiurasti cum Catilina: Status  
depulsiō verò defensoris: non cōiurati: Ex oratio-  
bac prima cōflictione nascitur illa quæstio <sup>nisi pro</sup>  
coniurauerit ne Sylla cū Catilina <sup>sunt</sup> quam  
quæstionem vel statum, vel constitutionē  
oratores appellat. Stat⁹ autē appellatio di-  
titur ducta vel ex eo, quod ibi sit prim⁹ cas-  
sæ cōgressus, vel quod in eo causa consistat.

Quot sint status. CAP. XII.

Cicer. in

**C**V M trias sint, quæ in omni disputatio-  
ne querātur, sit nec ne, quid sit, quale  
F 3 sit:

Top. &amp;

in part.

Quinti.

l. 3. c. 8.

fit: fit ut constitutiones quoq; tres sint. Prima coniecturalis, in qua, sit, nec ne, querimus. Ut, sit nec ne insidiatus Miloni Clodius? secunda autem nominis vel finitionis, cum quid sit aliquid, & quo nomine afficiendū inuestigamus, ut Fuerit ne Iulius Caesar rex an tyrannus, an dictator? tertia in qua de utilitate, honestate, & aequitate disseritur, deque his rebus, quæ his sunt contrariae, ut, Repte ne fecerit Romulus cum fratre interfecit? Eius constitutionis partes sunt duas, quarum una absoluta, altera assumpta nominatur. Absoluta est, cù id ipsum quod factum est ut aliud nihil foris assumatur, rectè factū esse dicemus. Ea est eiusmodi: Pater filium verberauit. iniuriarū cù patre agit, pater nihil aliud defendit, nisi licere filiū à patre verberari. Assumpta est, cum aliquid necessariò foris assumitur, ut rectè factum esse aliquid confirmemus: ut, Milo damuetur nisi foris assumat, à Cladio sibi esse factas insidias. Haec tres cōstitutiones et inexornatione, et indeliberatione, & in iudicio reperiuntur.

De ratione, firmamento, & iudicatione. CAPVT. XIII.

**R**ationem appellant oratores eā, quæ assertur à reo depelliēdi criminis causa, quæ nisi esset, quod defendere non habet: firmamentum autē quod contra ad labefactandā rationem refertur, sine quo accusatio stare nō potest. Ex rationis autē, & firmamenti cōflictione, & quasi concursu, quæstio exoritur quædam, quam iudicationem appellat, in qua, quid deueniat in iudicium, & de quod sceptetur, queri solet, hoc modo: Orestes cum confiteatur se interfecisse matrem, nisi attulerit rationē, veruertit defensionem: ergo affert eam. Illa enim, inquit, patrem meum occiderat. Tum contrarationem defensoris firmamentum ab accusatore subiicitur, hoc modo: Sed non abs re occidi tamen, neqz in damnatam pœnas pēdere oportuit. Ex coniunctione rationis & firmamenti iudicatio constituitur, hoc modo, Cum dicat Orestes se patris uincendi causa matrē occidisse,

rectum ne fuerit a filio sine iudicio Clitem  
nestram occidi? Ergo hac ratione iudica-  
tionem reperire conuenit, ad quam omne  
rationem totius orationis conferri oportet.

Cic. in bit. Nam primus status diffusam habet  
par. quæstionem, rationum verò & firmamen-

torum contentio adducit in angustum dis-  
ceptationē. Ea in coniectura nulla est, ne-  
mo enim eius quod negat factum, rationē  
aut potest, aut debet, aut solet reddere.  
Itaque in his causis eadem & prima quæ-  
stio, & disceptatio est extrema.

Quo statu quæstio, quæ in scripto  
existit continetur. CAP. XIII.

Cic. in top. Sæpe ex scripti etiā interpretatione exi-  
Quinti. stit contentio, quod quatuor modis po-  
l. 7. c. 6. test contingere. Aut enim defenditur non  
De in- id scriptum dicere, quod aduersarius velit,  
uent. 1. sed aliud: id autem contingit cū scriptum  
ambiguum est, ut duæ differentes sententiæ  
accipi possint. Tum opponitur scripto vo-  
luntas scriptoris. Tū scripto scriptum con-  
trariū affertur: aut ex eo quod scriptū est,

aliud

aliud quoque, quod scriptum non est duci-  
 mus. Ita sunt quatuor genera, quæ contro-  
 uersiam in omni scripto facere possunt, am-  
 biguit, disrepantia scripti & voluntatis,  
 scriptura contraria ratiocinatio. Ambi-  
 guū hoc modo. Testamento quidam iussit Quintil.  
 ponni statuam aureā bastam tenentē: quæ  
 ritur, Statua bastam tenēs, aurea esse de-  
 beat, an basta aurea in alterius statua ma-  
 teriæ. Ex disrepantia verò scripti & vo-  
 luntatis eiusmodi oritur, controuersta. Lex 1.7.c. 10.  
 est, Peregrinus si murū ascenderit, capite  
 puniatur: cū hostes murum ascēdissent, pe-  
 regrinus eos depulit, petitur ad suppliciū,  
 ille voluntatē allegat scriptoris. Ex contra Idem 11.  
 rius scripturis hoc modo existit cōrētio: lex 7.c. 8.  
 est, Vir fortis optato præmiu, quod volet:  
 & altera lex est, Magistratus ab arce ne  
 discedito: Magistratus qui fortiter egit,  
 optat hoc præmium, vt ab arce liceat disce-  
 dere: lex illi posterior opponitur, ipse verò  
 priore se thetetur. In ratiocinatione verò idem 11.  
 queritur, an ubi propria lex nō est, simili 7.c. 9.  
 sit utendū? ut Lex est, lanas Tarēto vēhere

non liceat: quidā ouēs vexit, & si nulla lex  
certa est, quae factū eius nominatim prohibe-  
beat, tamen illa, quae similis est, accusatur.  
Itaq̄ ex eo, quod certum est, id, quod incer-  
tum est dicit hæc controvērsia: quod quo-  
niā ratiocinando sit, nomen etiā ratiocina-  
tionis accepit. Hæc quatuor controvērsia-  
rum genera, quæ in scripto nascuntur, sem-  
per in qualitatis statum cadere cum Cic. de-  
bemus existimare, ut in primo genere sta-  
tus sit, Vtram æquum sit ex differentibus  
sententijs accipi: in secundo vero, Verba ne  
plus an sententia valere debeant, in tertio,  
Vtram legem sequi sit iustius: in quarto,  
Oporteat ne legē similem ad factum, quod  
venit sine lege in iudicium, accommodare.

## Quomodo status tractetur.

### CAPVT. XV.

De fa-  
uēt 1.7.  
Quint. I.  
3 c. 13.

**I**UDICATIO CUM EST constituta, proposita  
esse debet oratori, quo omnes argumenta-  
tiones repertæ ex inueniendi locis conij-  
ciatur, quod satis est ei, qui videt, quid in  
quoq̄ loco lateat, quiq̄ illas locos tāquam  
tacſat.

thesauros aliquos argumētorum nōtatos  
habet. Quibus in mēte, & cogitatione de De or. 3.  
fixis, & in omni re ad dicendum posita ex  
citatis, nihil erit quod in vlo dicēdi genere  
oratorem possit effugere. Diligenter tamē  
ordinem, collocationemque argumento-  
rum attendet, & curabit, ut firmissimum  
quodq̄ sit primum, dum ea, quae excellat,  
seruentur ad extremum si quae erunt me-  
diocria [nam viciōsis nusquam esse oportet  
locum] in medium turbam coniūcantur.  
Reliquum nunc est, quando de argumen-  
torum locis & causarum cōstitutionibus  
dictum est, ut rationē, qua expoliuntur ab  
oratore argumenta, quorum propria sedes  
est in confirmatione accuratè doceamus.

## De argumentatione. CAP. XVI.

**A**rgumentatio est argumenti vel ex- Art. 1. 1.  
plicatio, vel artificiosa expolitio! Sed rhe. c. 6.  
ea cōsicitur cū ex locis, de quibus superiori par.  
libro dictum est, aut certa, aut probabilia Cicer. I.  
sum p̄seris, ex quibus id efficias, quod aut  
dubium, aut minus probabile per se videtur: Quint. I.  
dubijs 5.c. 12.

dubijs enim probari dubia quomodo pos-  
 sunt Pro certis autē habemus primū, quæ  
 sensibus percipiuntur, ut quæ videmus, au-  
 dimus, deinde ea, quæ communi hominum  
 opinione, atq; sententia sunt cōprobata: ut  
 afficiēdos esse honore parentes. Præterea,  
 quæ legibus cauta sunt, quæ persuasione,  
 si non omniū hominū, eius certè ciuitatis  
 aut gentis, in quares agitur, in mores rece-  
 pta sunt. Si quid inter utramq; partē con-  
 uenit: si quid probatū est, deniq; cuicunq;  
 aduersarius non contradicit. Probabilium  
 autē genera sunt tria, vnum firmissimum,  
 quid jere accedit, vt libens à parentibus  
 amari: alterum velut propensius, cum qui  
 recte valeat in crastinū perueneturum: Ter-  
 tium tantū non repugnans, in domo furtū  
 factum ab eo, qui domi fuit. Ad probandū  
 verò id, quod est dubiū, hoc modo id, quod  
 probabile est, potest adhiberi, sit dubium,  
 an Catilina cōjurarit sumatur illud, quod  
 credibile est: Homines æris alieni magni-  
 tudine oppressos, eos denique egentes,  
 sumptuosos, facile adducit, ut coniurent:

Iam ia quod dibium erat, efficitur probabile: Catilinam coniurasse. Sed tace oratores non tenuiter more dialecticorum, sed copiosissime expoliunt. Dicitur autem illa argumenti expositio argumentatio, de cuius quatuor partibus ratiocinatione, inductione, enthymemate, & exemplo breviter & enucleatae differemus.

## De ratiocinatione. CAP. XVII.

**R**atiocinatio, quā & syllogismum, & epicherema Græci vocāt, constat propositione, cū qua eius ratio iungitur, deinde assumptione & eius probatione, postremo complexione, & proposizio est, per quam breviter locus is exponitur, ex quo omnis vis uparet, ensam ratiocinationis. Propositionis vero approbatio est, per quam breviter id, quod expeditum est, rationibus firmatū probabilius, & apertius sit. Assumptionis approbatio, per quam id, quod breviter sumptum est, rationibus firmatur.

Cic. de  
inuest. li.

1.

Quintil.

L. 5. c. 14.

ad Herē.

lib. 2.

Comy

Complexio, per quā id, quod conficitur ex  
omni argumētatione breviter exponitur,  
hoc modo, sit propositio: Melius gubernā-  
zura, quae consilio geruntur, quam quae  
sine consilio administrantur: deinde subij-  
ciatur ratio, Exercitus enim is, cui præ-  
positus est sapiens imperator omnibus par-  
tibus commodius regitur, quam is, qui  
stultitia & temeritate alicuius adminis-  
tratur. Assumptio deinde ponitur, Nihil  
autem omnium rerum melius quam om-  
nis mundus administratur. Assumptioni  
probatio adiungitur: Nam & signorum  
obitus, & ortus definitum quēdam ordi-  
nem seruant, & annuæ commutationes  
non modo semper eodē modo fiunt, verum  
ad utilitates quoq; rerum omnium sunt ac  
commodatæ. Tertio loco inducenda est  
complexio, que id insert, quod ex superio-  
ribus partibus cogitur, hoc modo: Consilio  
igitur mundus administratur. Hæc vbe-  
rius & doctius dicuntur in oratione, sed  
præcipiendi ratio hanc simplicem, & aper-  
tam lenitatem requirit.

Quot

Quot sint partes ratiocinationis.  
C A P. XVIII.

**E**X supradictis manifestum est, nihil <sup>Cice. II.  
1. de invent.</sup> referre sive tripartitam, sive quinque <sup>Quint. I.  
5.c. 14.</sup> partitam patet esse hanc argumentationem. <sup>C</sup>onmoditor tamē illa partitio videtur esse, quae in tres partes distributa est, quod fit si propositionem & eius rationem unam partem existimemus: alterā vero assumptiōnem, & eius exornationem: at si separas propositionem à ratione, & assumptionē ab exornatione, in quinque partes distributa erit. Cum propositio ex se intelligitur, sine <sup>Cice. de invent.</sup> ratione assumenda est. Assumptio etiam invenit cū perspicua est, nullius approbationis inrigat. Quoā si & propositio & assumptionē perspicuae sint, utrāq[ue] approbatione præter ratiocinationē conficiemus hoc modo: Sūmopere virtus experēda est: At prudētiam esse virtutē in confessō est: Sūmopere igitur prudentia experēda est. Vitare <sup>Cice. in  
autem similitudinē, quae satietatis est ma-</sup> par. &c li-  
ter, poterimus non semper à propositione <sup>br. 1. de  
inven-</sup> ordine.

ordientes; sed interdum à complexione;  
ab assumptione nonnunquam.

### De Enthymemate. CAP. XIX.

Arist. I.  
Rhe. c. 4.  
Quinti.  
li. 5. c. 10.  
& 14.

**E**nthytema est imperfectus syllogismus, vel ut alij definiunt, syllogismus pars. Ratiocinatio enim tripartita est, ex tribus igitur eius partibus si una præterea, tur, bipartita sit argumentatio, quæ est enthymema, vt, Omnes artes sunt experenda, igitur experenda est eloquentia. Intelligitur enim assumptio. Propositione vero præterita sit enthytema, hoc modo: Eloquentia est ars: igitur est experenda.

Quint  
l. 5. c. 14.

Optimum autem vietur enthytema quod fit expugnantibus, quod etiam solum enthytema quinam vocari, non quoniam non omnis argumentatio bipartita proprio nomine enthytema dicatur, sed ut Homerus propter excellētiā commune poetarum nomen effecit apud Græcos suum: sit cūm omnis argumentatio bipartita enthytema dicatur, quia videtur ea, quæ ex contrarijs cōficiantur, acutissima, sola propriè nomen

Cic. in  
top.

com-

commune possidet. Eius generis est illud  
 Cic. Eius igitur mortis sedetis vltores, cu-  
 ius vitam si putetis per vos restitui posse,  
 nolitis? Et illud Micipse ad Iugurtham  
 apud Sallustium. Quem alienum fidum  
 inuenies, si tuis hostis fueris? Enthymema  
 te saepius vtuntur oratores, quam ratioci-  
 natione: quod mouit Aristotelem, vt en-  
 thymema syllogismum oratorium esse di-  
 ceret. Enthymema Quintilianus cōmen-  
 tum, aut commentationem interpretatur,  
 quo nomine cum possint omnes animi co-  
 gitationes significari, argumentatio bipar-  
 tita signatur. Alii propterea credunt bi-  
 partitam argumentationem enthydema  
 appellatam, quod in animo neat con-  
 dita illa pars, quae silentio est præterita.

PRO MIL.

In Iug.

Libr. 1.

Rhe. c. 4.

&amp; lib. 1.

post.c. 1.

Lib. 5. c.

10.

## De inductione. CAP. XX.

**I**nductio est oratio, quæ rebus non dubijs  
 captat assensionem auditorum, quibus  
 assensionibus facit, ut illis dubia quædam  
 res propter similitudinem earum rerum,  
 G. quibus

Cic. R.

1. de in-

duc.

In Top. quibus afferent, probetur: vel, Inductio  
 est argumentatio, quæ ex pluribus collatio  
 Quint. I. nibus peruenit, quo vult, hoc modo: Quod  
 5 c. 11. pomum generosissimum? puto quod optimum:  
 et equus? qui velocissimus: et plu-  
 ra eundem modum. Deinde: cuius rei  
 gratia illa proposita sunt: Ita hominum,  
 non qui claritate nascendi, sed qui virtute  
 maxime excellet, erit generosissimus. Hoc  
 genere argumentationis plurimum So-

Aristor. crates usus est, propterea quod nihil afferre  
 13 libr. ad persuadendum volebat, sed ex eo, quod  
 Meta. c. sibi ille dederat, qui cum disputabat, ali-  
 Cice. de quid conficeret malebat: quod ille ex eo,  
 inuest. 1. quodiam cocepsisset, necessario approbare  
 debebat. Sed in oratione perpetua dissi-  
 mile est. Etenim sibi ipsi responderet orator.  
 Poetæ vehementer inductione delectantur:  
 Virgilius inducit Aeneam à Sybilla peten-  
 tem, ut iter doceat ad patrem oratione  
 fictis, illa quidem fabulis plena, sed qua  
 nihil esse possit, vel blandius, vel magis  
 artificiosum: in qua haec est induc[t]io:

Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus,  
Tbreicia fatus citbara, fidibusq; canoris:  
Si fratrem Pollux alterna morte redemit,  
Itq; reditq; viam toties. Quid Theseus magnum  
Quid memorē Alciden⁹ & mi gen⁹ ab Ioue summa⁹

Lib. 8.  
Æneid.

Sed maxime omnium eam frequentauit  
Ouidius, apud quē & multa & præclarā  
sunt exēpla: nos vno erimus contenti. Pro  
bat ille ad consolandam uxorem hac indu-  
ctione, asperas res & tristes segetē, ac ma-  
teriam esse gloriæ.

Materiamq; tuis tristem virtutibus imple  
Ardua per præceps gloria vadit ter.

Trist. L. 5.  
cl. 1.

Hectora quis nosset, felix si Troia fuisset?  
Publica via est.

Ars tua Tiphyi acet, si non sit in equore fluctus:  
Si a deo lumen nunc tuum be iacet.

Quæ latet, inq; bonis cessat non cognita rebus,  
Apparet virtus, arguiturq; malis.

Hoc in genere duo sunt diligēter cauēda,  
primūm vt illud, quod inducēmus pro si-  
militudine, elusmodi sit, vt sit necesse cōce-  
di. Deinde vt illud, cuius confirmandi cau-  
sa fiet inductio, simile ijs rebus sit, quas res  
quasi non dubias ante induxerimus.

## De exemplo. CAP. XXI.

Aristot. Rhet. 1. c. 2. & li. Cicero pro Milone Negant: intueri lucem  
 2. c. 20. Quinti. esse fas ei, qui ab se hominem esse occisum  
 li. 5. c. 11 fateatur: in qua tandem urbe hoc homines  
 stultissimi disputant? nempe in ea, quæ  
 primum iudicium de capite vidit M. Hor-  
 ratij fortissimi viri, qui nondum libera ci-  
 uitate, tamen Po. Ro. comitijs liberatus  
 est, cum sua manu sororem esse interfictam  
 fateretur. Aliqui Aristotelem summum  
 in omni scientia virum temere ausi sunt  
 reprehendere, quod exemplum genus argu-  
 mentationis fecerit. sed magnus ille vir  
 locis su-  
 pra di-  
 catis. & I.  
 2. prior.  
 ca 24. &  
 li. 1. post  
 cap. 1. &  
 acutamente praeditus, maius quiddam  
 perspexit: nimirum exemplum esse argu-  
 mentum quidem à similitudine sed in ar-  
 gumentatione positum efficere nouum ar-  
 gumentationis genus, quod à ratiocinatio-  
 ne, & inductione sine controversia differt.  
 Enthymema autem esse non potest, cum in  
 enthy memate semper generale aliquid vel  
 ponatur.

ponatur vel intelligatur: in exemplo vero ex una re singulari alia inducatur. Vnde fit ut sit quartum argumentationis genus, quod ea ratione ab inductione separatur, qua enthymema à syllogismo disiungitur.

### De Epicheremate. CAP. XXII.

**Q**uamuis argumentationis partes omnes sint tam expositæ, tamen opera-  
precium fuerit, quid epicherema, quid So-  
rites, quid Dilemma sit, explicare. Nam  
autores, & quidem grauiissimi eorum  
mentionem fecerunt. Ea ubi explicata sue-  
rint, facile intelligitur, cur nouæ argumē-  
tationis partes non debeat existimari.

**E**picherema igitur Græci aliquando ar-  
gumentationem vocant, nonnunquam <sup>Quint.</sup> eam <sup>1.5 c. 14.</sup>  
argumentationis partem, quam Cicero ra-  
tiocinationem appellavit, de qua paulò an-  
tēdictum est. Aliquando etiam epichere-  
ma vocat breuiter cōprehensam ratiocina-  
tionem, cuius omnes partes in unam cōfe-  
runtur, hoc modo: Sine causa dominum  
seruus accuset? Similis enim est loc⁹ apud

Ciceronem pro rege Deiotaro, quē seruus  
apud Cæsarem accusabat: En crimen, en  
causa, cur regem fugitiūs, dominum ser-  
uus accuset. Vbi vehemens argumentum  
Epicberemate inclusum & inuolutū est.  
Erit autem absoluta ratiocinatio si hoc  
modo euolaeris: Sine causa non debet do-  
minum seruus accusare: hic medicus est  
seruus Deiotari: non igitur debet sine cau-  
sa dominum accusare.

### De Sorite. CAPUT. XXIII.

**S**orites contrā multas argumentationes  
aceruatim cōuoluit. atq[ue] complectitur,  
vnde nomen etiam inuenit. Cicero scripsit  
de eo in libro de diuinatione his verbis: Si  
neceſſe ſit, inquit, Latino verbo liceat, acer-  
ualē appellare: ſed nihil opus eſt: ut enim  
ipsa philoſophia & multa verba Græco-  
rum, ſic ſorites fatis Latino ſermone tri-  
tus eſt. Pulchrum in primis eſt eius exem-  
plum apud eundem Ciceronem: Atque ſi  
etiam hoc natura præſcribit, ut homo bo-  
mini quicunq[ue] ſit, ob eam ipsam cauſam,  
quod-

lib 2.

Offic.

quodis homo sit, consultum velit: necesse  
 est secundum eandem naturam, omnium vi-  
 litatem esse communem. Quod si ita est, una  
 continemur omnes, & eadem lege naturae:  
 idque ipsum si ita est, certe violare alterum  
 lege naturae prohibemur: verum autem  
 primum, verum igitur, & extremum. Sed  
 apertissime concludit sorites ille, qui est  
 in quinta Tusculana, propositum enim erat in q. Tu-  
 probare: Quod esset honestum, id solum scul.  
 esse bonum, id autem sic probat: Etenim  
 quicquid sit, quod bonum sit, id expesen-  
 dum: quod autem expetendum, id certe  
 approbandum, quod vero approbandum,  
 id gratum, accepimus vobendum: Ergo  
 etiam dignitas ei tribuenda est. Bonum  
 igitur, omne iuuavere. Ex quo efficitur,  
 ut quod sit honestum, id sit solum bonum.  
 In quo sorite cum per sex quasi gradus ad  
 complexionem perueniatur, quinque ratio-  
 cinationes inclusae sunt. Sed hoc argu-  
 mentandi genus saepe solet esse fallax atque  
 captiosum, dum enim minutatim & gra-  
 datim multa adduntur, periculosisima

Cic. in  
Acad.

respondenti tela texitur, retexere igitur  
dōportet; ex seorsum singula cōsiderare, sic  
facilius vniuersa frangentur. In hoc dis-  
putandi genere frequentes fuerunt Stoici,  
et Zeno qui eorum inventor, et princeps  
fuit. Sed maximē omniū illo delectatus di-  
citur Chrysippus, ut Socrates inducione.

Persu.  
Saty. 6.

### De Dilemmate. CAP. XXIII.

De in-  
uent. 1.

De orat.

**D**ilemma est, in quo vtrum concesseris  
reprehenditur. Cicero patriam cū Ca-  
tilina sic agentem inducit: Quam obrem  
discede, atque hunc mibi timorem eripe: si  
verus ne opprimar: sin falsus, vt tandem  
aliquando timore uinciam. Et in epistola  
ad Quintū fratrem. Si implacabiles sunt  
iracundiæ, summa acerbitas. In autem  
exorabiles, summa leuitas. Dictum est  
autem dilemma, quod ita vtrinq; premat,  
ac urget, ut ex altera parte capiat aduer-  
sarium, quade causa cornutus etiam syllo-  
gismus vocatur: sic enim argumentationis  
cornua in eo disponuntur, ut qui alterum  
effugerit, in alterum incurrat. Cicero

De Inve.  
lib. 1.

com-

complexionem appellat. Easi veræ est, nunquam reprehendetur: si falsa duobus modis diluetur, aut conuersione, aut alterius partis confirmatione. Cum videre, inquit Varro apud Ciceronē, philosophiam Græcis literis diligentissimè explicatam, existimauit, si qui de nostris eius studio tenerentur, si essent Græcis literis eruditi, Græca potius, quām nostra lecturos: si à Græcorum artibus & disciplinis abhorrerent, ne hæc quidem curaturos, quæ sine eruditione Græca intelligi non possunt: Itaque ea scribere volui, quæ nec indocti intelligere possent, nec docti intelligere curarēt. Hoc dilemma deinde Cicero in eum convertit, hoc modo: Imò verò & Latina legent, qui Græca non potuerunt, & qui Græca poterunt, non contēnent sua. Veterum scriptis celebrata est conuersio ea, qua Euatlus discipulus Protagoræ præceptoris dilemma elusit. Alterius partis confirmatione reprehenderetur, si diceret Cicero: Et si doctis minus esset necessarium, tamē in doctis latine scribēdo consuli debere.

Non est autem, cur quisquam existimet  
complexionem genus esse argumētationis  
ā quatuor illis, de quibus supra dixi, di-  
uersum. Est enim ratiocinatio imperfēcta,  
quæ à duabus partibus cōtrarijs ducitur,  
cui si assumptionem subiunxeris, efficies  
ratiocinationē perfectam, hoc modo: Si im-  
placabiles sunt iracundiæ, summa est acer-  
bitas: si autē exorabiles, summa leuitas:  
Sed vel implacabiles sunt iracundiæ, vel  
exorabiles: igitur in illis summa est acer-  
bitas, vel summa leuitas.

### De Confutatione. CAP. XXV.

**E**xpositis generibus argumentationū,  
reliquum est, ut rationem, qua refu-  
tandæ ac reprehendendæ illæ junt, osten-  
damus. Refutatio dupliciter accipi po-  
test. Nam pars defensoris tota est possi-  
l. 5. c. 13. ta in refutatione: quæ dicta sunt ab ad-  
versario debent vtrinq; dissolui, & hæc est  
propriè reprehensio, quam cum confirma-  
tione, vsu, & natura, & tractatione con-  
de orat, iunctam esse diximus. Est autē reprehensa-  
per.

per quam argumentando aduersariorum  
confirmatio diluitur, aut infirmatur, aut  
eleuatur. Hæc fonte inuentionis eodem  
utetur, quo utitur confirmatio: propterea  
quod quibus ex locis aliquares confirmari  
potest, ijsdem potest ex locis infirmari.

Quare inuentionem & argumentatio-  
num expolitionem sumptam ex illis, quæ  
ante præcepta sunt, hanc quoque in partē  
orationis transferri oportebit. Sed ut sa-  
cilius ea, quæ contradicentur, diluere, aut  
infirmare possimus, obseruare debemus,  
aut totum esse negandum, quod in argu-  
mentatione aduersarius sumpserit, si per-  
spicue falso erit: ut Pro Cluentio Cicero  
cum, quæ dixerat accusator opato poculo  
concidisse, negat eodem die mortuum: aut  
redarguenda esse ea, quæ pro verissimilibus  
sumpta sunt. Primum dubia sumpta esse  
pro certis, deinde etiam in perspicue falso  
eadē posse dici. Tum ex ijs, quæ sumpse-  
rint non effici, quæ velint. Accedere au-  
tem oportet ad singula, sic uniuersa faci-  
lius frangentur.

De in-  
uēt. I. 1.

Quint. I.  
5.c. 13.

Cice. in  
par.

Quo

# Quomodo sint argumentationes oratoriæ tractandæ.

C A P . XXVI.

Arist. I. 3 Rhetor. **I**N oratione in sunt aliquando **oratio**  
 cap. 17 Quintil. **cinationes breuiter conclusæ** & **aperta**  
 l. 5. c. 14 **enthymemata**, **inductiones**, atq[ue] exēpla  
 subtili quadam & breui oratione compre  
 hensa. **Quod ut reprehendendū non est**, ita  
 diligētissimē eſt curandum, ne syllogismo  
 rum, **& enthymematū turba conferta ora**  
**tio sit: dialecticis enim disputationib⁹**, quā  
**oratorijs actionib⁹ erit propior ac similior**,  
 quod lōgē aliter esse debet. **Locuples enim**  
 & **speciosa vixesse eloquentia: quoru**n  
**bil consequetur si conclusionibus certis** &  
 crebris, & in unam prope formam cade  
 nibus cōfisa, & contemptū ex humilitate,  
 & odium ex quadam seruitute, & ex co  
 pia satietatem, & ex amplitudine fastidiū  
 tulerit. **Feratur igitur nō semitis, sed cam**  
 pis: **nō vti fontes angusti fistulis colligūtur**  
 Cice. in par. **sed ut latissimi amnes totis vallibus fluat:**  
 ac sibi viā, si quando non acceperit, faciat.

Ad

Adhibetur in argumentando varietas,  
 & iucunda quædam distinctio: figuris ver-  
 borū, & ornamentis sententiarum argu-  
 mentatio expoliatur. Quo fuerit enim vbe-  
 rior, ac suauior, eo etiam erit credibilior.  
 Nunc sequitur vt de peroratione dicamus.

### De peroratione. C A P. XXVII.

**E**xrema pars orationis est peroratio, Arist. §.  
 quæ diuisa est in duas partes, amplifi- Rhetor.  
 cationem, & enumerationem. Augendi cap. 19.  
 autem, & hic est proprius locus in pero- Cicero. in  
 rando, & in ipso cursu orationis declina- part.  
 tiones ad amplificandū dantur, cōfirmata  
 realiqua aut reprehēja. Omnes enim affe Quint. L  
 Etus etiā si quibusdā videntur in proœmio 6. c. 1.  
 atque peroratione sedem habere in quibus  
 sanè sunt frequentissimi, tamē aliæ quoque  
 partes recipiunt, sed breuiores, vt cum ex  
 his plurimas sint reseruanda. At hic si vſ-  
 quam totos eloquētiæ aperire fontes licet:  
 hic denique efficiendum est oratori, vt non De ora-  
 modo auditores qui sua sponte sedant, &  
 quo impellit ipse, inclinat atque propredent,  
 penitus

penitus incitetur, sed ut quietos etiam & languores possit vi orationis permouere. In quo & si plus est operis, tantam vim ha-  
bet tamen illa, quæ recte à bono poeta di-  
cta est Flexanima, atq; omnium reginare  
rum oratio, ut non modo inclinantē erige-  
re, aut stantē inclinare, sed etiam aduer-  
santem & repugnantē, ut imperator bo-

Cicē. de

Orat. 2.

Quinti.

L.6 c.2.

Horat. in

art. poez.

nus ac fortis, capere possit. Quod usq; eo  
magnum est atq; preclarum, usq; eo admi-  
rabile, ut in eo penē sint omnia. Ad id au-  
tē consequendum, quæ superiore libro de  
amplificatione dicta sunt, valde conducūt:  
Sed illud caput est, in quo optimi & gra-  
uissimi autores una voce consentiunt, ut  
omnes animi motus, quos orator adhibere  
volet auditoribus, in ipso oratore impressi  
sint atq; inusti. Neq; enim facile est perfi-  
cere ut incitentur alij, nisi is, qui dicit, ijs  
ipsis sensibus, ad quos illos adducere vult,  
permoueatur. Ut enim nulla materies tā  
facilis ad exar descendum est, quæ nisi ad-  
moto igni, ignē concipere possit: sic nulla  
mens est tam ad comprehendendam vim  
oratoris,

oratoris parata, quæ possit incendi, nisi inflamatus ipse ad eam, & ardēs accesserit. Primum est igitur ut apud eum, qui dicit, Valeant ea, quæ valere apud auditores voleat: afficiaturque priusquam afficere conetur. Nihil autē opus est simulatione & fallacijs, ut toties omni animi motu concitetur orator. Ipsa enim natura orationis eius, quæ suscipitur ad aliorū animos permonendos, oratore ipsum magis etiam quam quēquam eorum, qui audiunt, permouet: Mirā etiā vim habet in hoc ipsum <sup>Quint.</sup> imagines rerum absentium ita complecti <sup>6.c.</sup> animo, ut eas cernere oculis, ac præsentes habere viaemur, vas quisquis bene conceperit, is erit in affectibus potentissimus. Itac, quæ uicā sunt, vera esse indicant multæ Ciceronis perorationes, ut pro M<sup>i</sup> Pro M<sup>ll</sup>. lione, ubi ait: Sed finis sit: neq<sup>s</sup> enim præ lacrymis iam loqui possum, & hic se lacrymis defendi vetat. Et pro C. Rabirio <sup>pro C.</sup> Posthumo: Sed iam quoniam, ut spero, fidem, quam potui, tibi præstisti Posthu- <sup>Rabirio</sup> me, reddam etiam lacrymas quas debeo. <sup>posthu-</sup>  
<sup>mo.</sup>

Et paulò post: iam indicat tot hominum  
fletus, quām sis charus tuis, & me dolor de-  
bilitat, includitq̄ vocem. Alijs autē affe-  
ctibus, aliæ ciusdem perorationes sunt plo-  
næ. Enumeratio autē nonnunquam lau-  
datori, suasori nō sēpe, accusatori sapienti,  
quām reo est necessaria. Huius tempora  
duo sunt: si aut memoriae difidas eorum  
apud quos agas, vel interuallo tēporis, vel  
longitudine orationis, vel si frequētatis fir-  
mamentis vim est habitura causa maiore:

Quinti.  
1.6.c.1.

Quæ autem repetimus, quām breuissime  
dicēda sunt, & quod Græco verbo patet,  
decurrendum per capita. Nam si morabi-  
mur, non iam enumeratio, sed altera quasi  
fiet oratio. Quæ autē enumeranda erunt  
cum pondere aliquo dicenda sunt, & ap-  
tis excitanda sententijs, & figuris vique  
varianda: alioqui nihil est odiosius recta  
illa repetitione, velut memoriae auditorū  
diffidentis. Est etiam in enumeratione  
vitandum, ne ostētatio memoriae suscepta  
videatur esse puerilis.

Cicero. in  
par.

dicamus. De ratione puri, dilucidique sermonis, & si permagni eam facere debemus, cum verborum delectus origosit eloquentiae, locus hic præcipiendinon est. Nam traditur literis, doctrinaq; puerili, & consuetudine sermonis quotidiani, & lectione veterum oratorum, & poetarum confirmatur. Reliquas igitur duas partes, quibus omnis admiratio ingenij, omnis laus eloquentiae continetur, explicemus: quæ duæ partes, illustrandæ orationis ac totius eloquentiae cumuladæ, quarum altera dici postulat ornatè, altera aptè, bac habet vim, ut si quam maximè iucunda, quam maximè in sensu eorum, qui audiunt, influat, & quam plurimis sit rebus instructa.

### De orinatu. CAPVT. III.

**O**Rnaturo igitur oratio genere primū, & quasi colore quodā & succo suo, nā ut prauis, ut suavis, ut eruditæ sit, ut liberalis, ut admirabilis, ut polita, ut sensus ut dolores habeat quantū opus sit, non est singularum articulorū, in toto spectantur

Art. 3.  
Rhetor.  
cap. 7.  
3 De o-  
rat.

H 2      bac

Hora. in art. poet *hæc corpore. Genus igitur dicēdi est eligē-*  
*dū, quod maximè teneat eos, qui audiant*  
*& quod nō solū delectet, sed etiam sine sa-*  
*rietate delectet. Sed volēti ornatè dicere*  
*diligētissimè sylua rerū primū, sententia-*  
*rumq; cōparanda est. Rerū enim copia ver-*  
*borū copiā gignit, & si est honestas in reb-*  
*ipsis, de quibus dicitur, existit ex re in natu-*  
*ra quidā splendor in verbis, facileq; suppe-*  
*ditat omnis apparatus, ornatusq; dicendi.*

### De ornatu orationis. CAP. III.

Cice. 3. *O Mnis oratio cōficitur ex verbis quo-*  
 de orat. *rū primū nobis ratio simpliciter vidē*  
 in par. *da est deinde cōiunctio. Nā est quidā ornat*  
 Quinti. *oratiōis qui ex singulis verbis est aliis, qui*  
 l.8.c.3. *ex continuatis cōiunctisq; cōstat. Ergo vte-*  
*mur verbis, aut ijs quæ propria sūt et certa*  
*quasi vocabula rerū penē una nata cū reb-*  
*ipsis, aut ijs quæ nouamus & facimus ipst.*

### De verbis simplicibus. CAP. V.

3 de or.  
 In part. *V Erba simplicia natura sunt, alia cōfo-*  
 Quinti. *nantiora, grandiora, leuiora, & quo*  
 l.8.c.3. *dam*

dāmī. modo nitidiora, alia contra. Consonan-  
 tiora enim sunt, quaquam moderatio, &  
 concertare, quam, & si, modestia, & cōfli-  
 gere. Grādiora immanis, cōtrucidare, opti-  
 mus, officiosissimus, quā hæc, magnus, ne-  
 care, bonus, officiosus. Nitidius etiam bos,  
 quam vacca, Ut syllabæ autē è literis me-  
 lius sonantibus clariores sunt: ita verba è  
 syllabis magnis vocalia: & quo plū quæq[ue]  
 spiritus habet, eo pulchrior: & quod facit  
 syllabarū, idem verborū quoq[ue] inter se co-  
 palatio, ut aliud aliij iunctū melius sonet.  
 In vniuersum quidē optimas simpliciū cre-  
 duntur, que ~~in~~ minime exclamāt, aut so-  
 no sunt iucundissima. Et honesta quidē tur-  
 pib[us] ratiō semper nec sordidis vñquā  
 in oratione erudita locus. Clara vero, ac su-  
 blimia materiæ modo cernēda sunt. Quod Cice. &  
 enim alibi magnificū, tumidum alibi: & Quinti.  
 quæ humilia circa res magnas, apta circa ex Aris.  
 res minores videntur: & sicut in oratione  
 nitida notabile est humilius verbū, & ve-  
 lut macula, ita à sermone tenui sublime,  
nitidūque discordat, fitque corruptū, quia

in plano tumet. Sed ferè auriū quōdā iudic  
cio sunt ponderāda, in quo consuetudo etiā  
bene loquendi valet plurimū. Sed quoniā  
tria sunt in verbo simplici, quæ orator affe  
rat ad illustrandā, atq; exornandā oratio  
nē, aut inusitatū verbum, aut nouatū, aut  
translatum de singulis breuiter dicamus.

### De verbis inusitatis. CAP. VI.

<sup>3. De o-</sup> INUSITATA sunt prisca ferè ac vetusta, ab usu quotidiani sermonis iā diu intermisſa, quæ sunt poetarū licentiæ liberiora quam oratorum, eoq; ornamento acerrimi iudicij P. Virgil. Uincit est virus, Olli enim, quia nam, pone, pellucent, aspergunt illam, que etiam in picturis est aratissima, vetustatis inimitabilē arti autoritatem. Habet etiam in oratione poeticum aliquod verbum dignitatem, si raro etiam in loco adhibetur. Neq; enim est, cur illud quisquam fugiat dicere, ut Cælius, sibolem, aut effari, aut nuncupari, alia multa: quibus loco positis grandior, atque antiquior oratio sæpe videri solet.

## De verbis nouis. CAP. VII.

**N**ouantur autē verba, quæ ab eo, qui dicit, ipso gignuntur, ac suū, aut similitudine, aut imitatione, aut inflexione, aut adiunctione verborū. Similitudine: ut syllaturit, à Cicerone formatū est. & ab Asinio, Ad Attī fimbriaturit, ad similitudinē verbi proscripti. lib. 9. iā pturit: & à Liuio, sobolescere, ab Horatio, iuuenescere, à Virgilio lētescere, & ignes- cere dictū est, ut feruescere. Imitatione fa-  
 Et a sunt tinnio, rugio, clangor, murmur, car. ode, aliaq̄s permulta. Inflectione, ut à bibo bi-  
 bosus, inflexit Laberius Mimographus. 2 & AE-  
 Adiunctione versutiloquus, & expecc-  
 rare, nouauit Ennius. Sed Græcis magis Quint L.  
 concessum est fingere, audendū tamen ali-  
 quando, & si quid periculosis finxisse vi-  
 debimur, quibusdam remedij præmuniē  
 dū est, Ut ita dicam, si licet dicere, Quo-  
 dāmodo, Permitte mihi sic dicere. In quo  
 non falli iudicium nostrū, solicitudine ipsa  
 manifestū erit. Nunc quoniam de verbis  
 inusitatis & nouis dictū est, de tropis, nā  
 illis verba transferuntur, exponamus.

## De tropis. CAP. VIII.

**T**ropus est verbi, vel sermonis à propria significatione in aliam cū virtute mutatio; ut cū dicimus, lētas segetes, verbum lētus, à propria significatione, quā lētos homines dicimus, ad segetes cū virtute transfertur. Sunt autem tropi numero vndeclim. In uno verbo septē, Metaphora, Synecdoche, Metonymia, Antonomasia, Onomatopæia, Catachresis, Metalepsis. In oratione verò quatuor: Allegoria, Periphrasis, Hyperbaton, & Hyperbole: de quibus tametsi nondum de eo dicamus ornatu, qui ex ~~commissis~~ continuisq; verbis constat, breuiter scribemus, ne iterum de tropis differere cogamur.

## De Metaphora. CAP. IX.

**I**niciamus igitur ab eo, qui cū frequenter etiam est, tū longe pulcherrimus, translatione dico, quæ Metaphora Græcè vocatur. Latissime enim patet. Eam necessitas genuit inopia coacta, & angustis, post

Aristot.  
Rhetor.  
li 2.c 2.  
Quinti.  
li 8.c 6.  
3.de or.  
auctor ad  
Mer.1.4.

post autē delectatio iucunditasq; celebra-  
 uit. Nam ut vestis frigoris depellēdi causa  
 reperta primō, post adhiberi cœpta est ad  
 ornatum etiam corporis, & dignitatē: sic  
 verbi translatio instituta est in opiae causa  
 frequentata delectationis. Est autē trans-  
 latio cū verbum in quandā rē transfertur Ad Her.  
lib. 4.  
 ex alia, quod propter similitudinē rectē vi  
 detur posse transferri. Id facimus aut quia Quinti.  
li 8. c. 6.  
 necesse est, aut quia significatius, aut quia  
 decentius. Nam gemmare vites, luxuriam  
 esse in herbis, lātas segetes etiā rustici ne-  
 cessitate dicunt. Oratores durum hominē  
 aut asperum. Non enim propriū erat, quod  
 darent his affectionibus numen. Iam incē-  
 sum ira, inflāmatū cupiditate, & lapsū  
 errore, significandi gratia. Nihil enim ho-  
 rū suis verbis, quā bis acersitis magis pro-  
 prium erat. Illa ad ornatum, lumē oratio  
 nis, & generis claritatē, & concionū pro-  
 cellas, & eloquētiæ flumina, ut Cicero pro  
 Milone Clodium fontē eius gloriæ vocat, Pro Mil.  
 & alio loco segetem, ac materiam. Illud  
 autē admirandum videtur, quid sit quod De orat.  
1.

Omnes translatis, & alienis magis delecta-  
tur verbis, quam proprijs & suis. Nam se-  
res suū nomine, & propriū vocabulum non  
babet, ut pes in nauī, ut in vite gēma neces-  
sitas cogit, quod non habeas, aliunde sume-  
re: sed in suorū verborum maxima copia,  
tamē homines aliena multō magis, si sunt

Arist. 6. ratione translata, delectant. Causam autē  
Top. c. 2 illa est, quod translatio est similitudo ad  
& Rhet. 3. c. 4. vnuū verbum contracta, similitudine autē  
Quint. I. mirifice capiuntur animi. Eo tamē distat,  
8. c. 6. & Cicero. 1. quod illa cōparatur rei, quam volumus ex  
de orat. primere, hæc pro ipsa re dicitur. Cōparatio  
est, cum dico fecisse quid hominē ut leonē.  
Translatio, cum dico de homine, leo est.

*Sed* Quotuplex sit trāslatio. CAP. X.

Arist. 3. Metaphoræ autem vis omnis quadri-  
Rheror. plex est. Cum in rebus animalibus  
c. p. 2. & aliud pro alio ponitur: ut Liuius Scipione  
10. &c. 1. à Catone allatrori solitum refert. In ani-  
Quinti. ma pro alijs generis eiusdē sumuntur, ut,  
1. 8. c. 6. concentu virtutum nihil est suavis. Aus-  
Dec. 4. pro rebus animalibus in anima, ut,  
Lib. 7.

Duo fulmina belli

Aenei G.

Scipiadas

Aut contra.

Sedet inscius alto

Aenei.

Accipiens sonitum saxi de vertice pastor.

Præcipueq; ex his oritur mira sublimitas  
quæ audaci & proxime periculum trans-  
latione tolluntur, cum rebus sensu caren-  
tibus actum quendam & animos damus,  
qualis est.

Pontem indignatus Araxes,

Aenei. 8.

& illa Ciceronis: Quid enim tuus ille Pro Lig.  
Tubero destrictus in acie pharsalica gla-  
dius agebat? cuius latus ille mucro pe-  
sebat? an seruus erat armorum tuo-  
rum? In translatione primum fugienda;  
est dis*se*tilialo, qualis est in illo Enni, rat.  
Cœli ingentes fornices. Deinde viden-  
dum est, ne longe simile sit ductum, Syr-  
tim patrimonij, scopulum libentius di-  
xerim: Charybdim bonorum: voraginem  
potius Facilius enim ad ea, quæ visa,  
quam ad illa, quæ audita sunt, mentis  
oculi feruntur. Sunt quædam & humili-  
les translationes, ut, Saxea est verruca:  
quæ-

Quinti.  
li. 8. c. 6.

De ora-  
to. 3.

Quinti.  
li. 8. c. 6.

Quinti.  
li. 8. c. 6.

4. Ge-  
r. & A. 6

gare, licet Virgilius in apibus ac Dædalo

speciosissime sit usus. Modus autem nullus

est florerior in singulis verbis, nec qui plus

luminis afferat orationi, eoque in illo ex-

plicando meritò longiores fuimus.

quædam maiores, quam res postulat, ut, Tempestas comedationis: quædam minores, ut, comedatio tempestatis. Ut modicus autem atque opportunus eius usus illustrat orationem, ita frequens, et obscurat, et tædio complet: continuus vero in allegoria et ænigma exit. Quod si vereare ne paulo durius translatio esse videatur, mollienda est præposito saepe verbo, ut, si olim M. Catone mortuo pupillum senatum quis relictum dicat: paulo durius, si: Ut ita dicam pupillū, aliquantò mitius est. Etenim verecunda debet esse translatio, ut deducta esse in alienum locum, non irruisse, atque ut precario, non vi venisse videatur. Diligenter etiam cauedum est, et omnia quæ poetis permissa sunt, conuenire orationi putemus: nec enim pastore populi, autore Homero dixerim, nec volucres pennis remi

De

## De Syncedoche. CAP. XI.

**S**yncedoche tropus est, in quo ex parte totum, aut contra, aut ex antecedentibus sequentia intelliguntur. Quae descriptio octo illos modos comprehendit, quibus sit syncedoche, quos grauissimi scriptores tradiderunt. Ex parte totum intelligitur, ut Quintili ex puppi nauis: ensis ex mucrone: aut ex recto domus. Cicero: Mucrones eorum à iugulis vestris reiecimus. Huc pertinet, cum vel ex uno plures significantur. Linius: Romanus prælio vicit: & Virgilius:

*Hostis habet mures.*

*Aenei. 2.*

*Vel genus ex forma, id est parte illi subiecta: Virg.*

*Dentesq; Sabellicus exacuit sus.*

*Georg.*

*Pro quo quis sue: vel ex materia res uniuersa: qua ratione & ferrum pro gladio, & pinus pro naui, & aurum atque argentum pro aurea, & argentea pecunia sumitur, Cicero: homines instructi & certis locis cum ferro collocati. Contra vero ex toto pars declaratur, ut in illo Virgilij.*

*Pro Cen-*  
*cinna.*

*Fontem*

Enec. 12

Fontemq; ignemq; ferebant.

De quo genere est cū aut ē pluribus vnuis intelligitur. Cicero ad Brutum, Populo, inquit, imposuimus, & oratores visi sumus: cum de se tantum loquereatur, Aut ē genere pars illi subiecta, Virgilius.

Enec. 12

Prædamq; ex vnguibus ales

Proiecit fluvio.

Pro aquila.

Ex antecedentibus sequētia monstrantur;  
vt cum ait idem poeta,

Eclog. 2

Aspice aratra iugo referunt suspensa iuuenci.

Quintil. 8. c. 6.

Vt ex his perspicuum est, quæ hoc & proximo capite dicta sunt, Træstatio ad mouēdos animos, & res penè suboculos subiiciēdas præcipue reperta est, at synecdoche ad locupletandum sermonē magis pertinet.

### Secunda pars De Metonymia. CAP. XII.

Quintil. 8. c. 6.

**M**etonymia est tropus, in quo causas per effecta, vel effecta per causas, vel ex eo, quod continet, id quod contineatur, vel rem ē signo intelligimus. Per causas effecta declaramus, cum inuētor, aut elicere ius rei author, pro re inuēta ponitur, Vir.

One-

diuiserit, per se significet, & faciat Antoni-  
 nomastiam. Nam si dicas, Ille qui Carthagi-  
 nē & Numantiam euerit, Antonomastia  
 est: si adieceris, Scipio, appositū. Apposito  
 & frequētius & liberius poetæ videntur,  
 namq[ue] illis satis est conuenire verbo, cui  
 apponitur: & ita, Nētes albi, & humida  
 vīna, apud eos non reprehēduntur. Apud  
 oratorem nisi aliquid efficitur, redundant.  
 Tū autē efficitur, si sine illo, quod dicitur,  
 minus est, qualia sunt, o scelus abominan-  
 dum, o deformē libidinē. Exornatur autē  
 res tota maximē trānslationibus: Cupiditas  
 effrenata, & insanæ substructiones. Solet  
 etiā fieri alijs adiunctis Epitheton tropis,  
 apud Virgilium: Turpis egestas, & tristis Aenei. 6.  
 senectus. Verum tamē talis est ratio huius  
 virtutis, ut sine oppositis nuda sit & velut  
 incōpta oratio, ne oneretur tamen multis,  
 Nam sit longa, & impedita.

Aristoteles  
 Rhetor.  
 li. 3. c. 3.  
 Quintilius  
 1. 8 c. 6.  
 Pro Mille

### De Onomatopœia. CAP. XIII.

**O** Nomatopœia, id est, fictio nominis. Quis  
 Græcis inter maximas habita virtu- 1. 8. c. 6.  
 tes.

tes, Latinis vix permittitur. Ab his tamē plurima sunt per onomatopœiā posita, qui primi sermonē fecerunt aptātes affectibus nomen. Nam mugitus & sibilus, & murmur, & vagitus aliq̄s quam plurima inde venerunt. At nunc raro & cū magno iudicio hoc genere vtendū est, ne noui verbi assiduitas odium pariat: sed si cōmode quis eo vtatur, & raro, non modo non offendet nouitate, sed etiā exornabit orationē. Cic. in Antonium. Tu æ cōiugis bonæ fœminæ, locupletis quidē certè, Bambalio quidam pater, homo nullo numero, nihil i:lo contemptius, qui propter hæsitantiam linguae, stuporemq̄ cordis cognomen ex contumelia traxerit. Sed si quis tropi definitionem attentè considerauerit, onomatopœiam in tropis nullo modo numerabit.

### De Catachresi. CAPVT. XV.

Quinti. 1.8 c.6. **C**atachresis, quam rectè dicimus abusionem, non habentibus nomen suum, accommodat quod in proximo est. Sic, Anni. 2. Equum dinina Pella:is arte. Elificant.

*Ei,*

Et Pyxides, cuiuscunq; materiæ sunt, & parricida matris quoq; aut sororis interfectio dicuntur. Valde similis est metaphoræ, sed ab eā tamen distinguitur, quod abusio nomen ex vicina ac finitima re accommodat alteri rei, que sine nomine est: metaphoræ vero, etiā si nomen non deest, vnde Quintili cumq; modo similitudinē res habeat, alies 8.c.6. num nomine asciscit. Quid tam propinquū patris interfectori, quam matris aut sororis aut fratri interfectori? ergo is, quia nomen Latino sermone non habet, per abusione parricida vocatur. Quid rursus magis sciretum paret, ut hor atq; Resp. quæ florere verbo ab arbore translato dicitur? Unde paret duos hos tropos ita similes esse, ut tamen sint diversi.

### De Metalepsi. CAP. XVI.

**S**Vperest ex his, qui aliter significantur, <sup>metaphoræ</sup> Quintili talepsis, id est, transumptio ex alio in aliud velut viā præstans: Tropus autem est rarissimus, & maxime impræcarius, Virg.

Post aliquot menses regna videns mirabor aristas.

Quintil.  
ibi.

Gradatim enim ab aristis ad spicas, à spicis  
ad segetes, ab his ad æstates, ab æstatibus  
ad annos acceditur. Idem etiam poeta in  
primo libro Æneid. sic ait.

Speluncisq; ab lidit atris.

Vbi speluncæ nigrae, ac per hoc crassis &  
obscuris tenebris circunfusæ, ad extremum  
denique infinita altitudine depresso intel-  
liguntur.

### De Allegoria. CAP. XVII.

Quinti. li. 8 c 6. **A** Allegoria, quam in uersione interpre-  
tamur, aliud verbis, aliud sensu ostendit, ac etiā in ~~in~~ contrariū Virgilius.

Georg. 2 Sed nos immensum spacijs confacimus æquor:  
Et iam tempus equum spumanter soluere colla.  
Habet usum talis allegoriaæ frequenter ora-  
tio, sed raro totius, plerumq; apertis per-  
missa est. Tota apud Cic. talis est: Hoc mi-  
ror enim querorque quenquam hominem  
ita pessundare alterū verbis velle, ut etia  
nauem perforet, qua ipse nauiget: Illud ci-  
mistiū frequētissimum. Evidem cæteras  
tempestates, & procellas in illis dum taxat  
fluctibus

Promil.

fluctibus concionū semper Miloni putauit  
esse sub iudas: nisi adiecisset, fluctibus con-  
cionum, esset allegoria, nunc eam miscuit.  
Illud vero longè speciesissimum genus ora-  
tionis in quo triū permista est gratia, simi-  
litudinis, allegoriæ, & translationis. Quod <sup>Pro Mu-</sup>  
fretū, quē Euripum tot motus, tamq; va-  
rias habere creditis agitationes, cōmutatio-  
nes, fluctus, quātas perturbationes, et quā-  
tos aestus habet ratio comitiorū. Dies in-  
termisssus unus, aut nox interposita sēpe  
perturbat omnia, & totam opinionē par-  
ua nonnunquam cōmutat aura rumoris.  
Nam id quoq; in primis est custodiendū,  
ut quo genere caperis translationis, hoc  
desinas. Multi enim cum initium a tem-  
pestate sumpserunt, incendio, aut ruina fi-  
niunt, quæ est inconsequentialia rerum fœ-  
dissima. Cæterum allegoria paruis quoq;  
ingenijs, & quotidiano sermoni frequētissi-  
mè seruit, nā illa in agendis causis trita:  
Pedem cōfrre: & iugulum petere & Sā-  
guinē mittere: inde sunt. Allegoria quæ  
est obscurior, enigma dicitur, vitium pro-  
fecto,

fecto, si quidem dicere dilucide virtus, quod  
namen & poetæ vntuntur, Virgilius.

Dic quibus in terris & eris mihi magnus Apollo,  
Treis patet cœli spatiū non amplius vmas.  
Et oratores nōn anquam, enigmata enim  
sunt illa, que Cic. contra Verris noxilitia,  
& iniuriam in ore vulgi, atq; in cōmuni  
nibus proverbijs dicit esse versata. Negabat  
autem (ait ille) iustum nequam esse Verriam  
num: & paulo post: Sacerdotem execrabit  
tur, qui Verrem tam nequam reliquisset.  
Sed illud persolutum & eruditum, quod  
per iocum scripsit ad Trebatium iurecon-  
sulium familiarem suum, qui ad Cœsarem  
imperio Gallias vénente in idcirco venerabat  
a Cicerone cōmendatus, ut augeret facul-  
tates suas. Sic igitur ait, Treniros vites  
censio, audio capitales esse: mallem auro,  
argento, aere essent. Sed alias iocabimus.

**Ex ora  
pro Clu-  
& Sall. in  
toniar.** Erant enim Romæ triamur i capiteles, qui  
carceris erant custodes, & iudicia rerum  
capitalium exercebant, & cum suppliciis  
de fontibus sumebatur, præsentes aderat.  
**Eabant &** triamuri monetales, quorum  
officiam

officium his ipsis Ciceronis vocabulis signi- Pomp. I.  
ficabatur, ut veterum quoque nummorum i pand.  
inscriptions declarant. Ad utrosq; autē in lib. II.  
respexit Cicero, cum monet Trebatium, ut  
Tremiros, qui erant feri, & bellicosi Gal-  
liae populi, vitet. Nam Romani triumqui-  
ros, tresuiros quoque dicebant, est & illud  
Plantii anigma.

Vtibicos homines mortui incurvant bones.

In Asia.

### De Ironia. CAP. XVIII.

Ironia, quam illusionem vocat, & Hegoria Aristot.  
est, quo non solum aliud sensu, aliud ver Rhetor.  
bis ostendit, sed contrarium. Ea aut pro- ad Alex.  
nuntiatione intelligitur, aut persona, aut cap. 10 se  
rei natura. Nam si quia earum verbis dis- Quint. I.  
sentit, appareat diuersam esse orationi vo- 8.c.6.  
luntate, Cic. in Clodium: Integritas tua te  
purgavit, mibi credes, pudor eripuit, vita  
anteacta seruauit. & Turnus apud Virg.

Mēs timoris

Argue tu Drance, quando tot cœdis aceruos

Tenaciorum tua dextra dedit.

Aeneas.

## De Periphrasi. CAP. XIX.

**Quinti.** **C<sup>V</sup>** M<sup>l</sup> pluribus verbis, id quod uno, aut paucioribus dici potest, explicatur, Pe-  
**li. 8. c. 9.** riphrasim vocant, circuitum loquendi, qui est apud poetas frequentissimus. Ut  
**Encl. 2.** Tempus erat quo prima quies mortalibus ægris.  
Incipit, & dono diuum gratissima serpit.  
Et apud oratores non rarus, semper tamē astrictior, quicquid enim significari breuius potest, & ornatus latius ostenditur, periphrasis est. Verum ut cum decorem habet, periphrasis, ita cum in vitium incidit perissologia dicitur, obstat enim quicquid non adiuuat.

## De Hyperbato. CAP. XX.

**Quinti.** **H**yperbaton, id est, transgressio, tropus est solis poetis concessus, qui etiam verborum divisionem, & transgressionem faciunt, Viroilins.

**Georg.** Hyperboreo septem subiecta trioni.  
Quod oratio nequaquam recipiet. Est autem diligenter animaduertendum, hyperbaton

baton, ubi nihil ex significatione mutatur est, sed structura sola decoris gratia varia tur, tropum non esse, id quod tropi definitio declarat. Imo, ut Quintilianus quoque fate tur, hyperbaton multi tropis omnino exi munt, quorum sententia verior est. Tropi enim definitio ad nomine ipsum, non adeius partes accommodanda est. Nemo autem inficiabitur septentrionem in eo carmine suam significationem tueri, & conservare.

Libr. 9.  
cap. 1.

### De Hyperbole. CAP. XXI.

**H**yperbole est ementiens superiectio, cuius virtus est ex aduerso par au gendi ac minuendi, Virgilius:

Gemini' genitatur In cælum scopuli.

Quinti.  
li. 8. c. 6.

Et Fulminis ocyor alis.

Aen. 1.  
Aen. 5.

Cicero in Antonium, Quæ Charybdis fæ vorax? Charybdim dico, quæ si fuit, fuit animal unum: Oceanus medijs fidius vix videtur, tot res, tam dissipatas, tam distan tibus locis positas, tam cito absorbere posuisse. Illud Virgilij ad minuendum.

Vix ossibus bærent.

Eclog.

I.

Sed

Sed tam in augendo quam in minuendo  
seruetur mensura quedam. Quanuis est  
enim omnis hyperbole ultra fidem, non  
tamen esse debet ultra modum.

De ornatu qui est in verbis  
coniunctis. CAP. XXII.

**S**equitur continuatio verborū, quae duarē  
res maximē, collocationem primum, de  
inde modū quendam, formamq; desiderat.  
Tum & verbis & sententijs oratio cōfor-  
mando est, de quibus post tropos aptissime  
dicemus, deinde de collocatione, postremo  
de modo & forma, id est, numeris qui sunt  
adhibendi in oratione, differemus.

De figuris. CAP. XXIII.

**F**igura [sicut nomine ipso patet] est cō-  
formatio quedam orationis remota  
cōmuni, & primum se offerente ratione.  
Differt autē à tropis figura, quia proprijs  
verbis figura fieri potest, quod in tropos  
nō cadit: ut, Fuit hoc quondā, fuit proprijs  
populi Romani: figura est in verbo gemi-  
nato

Quinti.  
19.ca.1.

Cic. pro  
Le. Man.

nato in sua significatione permanēte. Illud tamen notandum coire frequenter in easdem sentētias & tropum & figurā. Tam enim translatiis verbis quām proprijs frōntratur oratio, ut, *Qui spē Catilinæ mollib<sup>9</sup>* Orat. i.  
sententij aluerant, coniurationēque nascentē non crēdēdo corroborauerūt. Alue rūt, & corroborauerūt translata sunt, & similiter desinentia, similiterque cadentia.

### De generibus figurarum.

CAPUT. XXIII.

**S**i autem omnem orationem, ita figurās quoq; necesse est versari in sensu, & in verbis. Ut vero natura prius est concipere animo res, quām enūciare: ita de his figuris ante locutionem esset, quae ad mentē pertinet: sed facilitatem scovi, de figuris verbōrum prius dicemus. Est autem verborū exornatio, quae ipsius sermonis insignita cōtinetur perpolitione. Inter confirmationē vero verborū & sententiārum hoc interest, quod De o- verborū conformatio collitur, si verba mu- taris: sententiārum permanet quibuscumq;  
verbis

Aut. ad  
Her. 1.4.

Orat. i. Verbis uti velis: vt, Nunc verò quid agat,  
 in C. t. quid moliatur, qui l deniq̄s quotidie cogit,  
 et quē ignorare nostrū putat? Repetitio  
 est verborū figurā, & interrogatio figura  
 sententiarum [per s̄epe enim unus & idē  
 locus, & verborum & sententiarum or-  
 namētis illuminatur] muta verba, Quid  
 agat, & moliatur, ac deniq̄s quid cogitet  
 quem ignorare nostrū putat? Repetitio  
 tollitur, interrogatio permanet, semperq̄s  
 permanebit quibuscunq̄s verbis uti velis.  
 Sed quoniam parū inter authores cōuenis-  
 de numero & nominibus figurarū, & in  
 eo etiam magna discrepancia est, quod ali  
 quæ à quibusdam inter verborum exorna-  
 tiones ponuntur, quæ ab alijs inter senten-  
 tiarū ornamenta numerantur, nos mediā  
 viā secuti, ea de quibus grauiſſimorū scri-  
 ptorum maior cōſensus est, explicabimus.

## Quot modis fiant figuræ verborū.

C A P V T . XXV.

Quinti.  
li. 9 c. 1.  
Prohl.

F I guræ verborum tribus maxime fiant  
 modis per adiectionem, detractionem,  
 simi-

similitudinem. Per adiectionem, ut Cicero pro Milone: Occidi occidi non furium Me lium, quo loco, verbū, occidi figuratē geminatum est. Et in Catil. Fuit, fuit ista quon Orat. 2  
dam in hac rep. virtus. Et in eadem oratione. Viuis, & viuis non ad deponendā, sed ad cōfirmandam audaciā. Per detractionē etiam fiunt figuræ, in quibus mulsum est venustatis: Cicer. in eundum Catilinam. Abiit, excessit, erupit, cuasit, ubi coniunctiones prætermittuntur. Sed tertius genus figurarū quod quandam vocū habet similitudinē, & aures præcipue in se verit, & animos excitat, Cicero in oratore: In Orat. Itaque efficiis, ut cum gratiæ causa nihil facias, omnia damen sint grata, quæ facis.

### De figuris quæ sūt per adiectionē.

CAPUT. XXVI.

**R**epetitio est cum ab eodem verbo ducitur saepius oratio, vel ut Cicero describit, Est eiusdem verbi crebra à primo repetitio. Quod acriter & instanter sit, Cicero Catilinam, Nihil agis, nihil moliris, Aut. ad Her. I. 4 Quint. E. 2. c. 3. De orat. to. 3. In Orat. Orat. nibil

nib[il] cogitas, quod ego nō modo audiā, sed  
 etiā videā, planeq[ue] sentiā. Idē contra Rul-  
 Orat.<sup>2.</sup> lū: Quid enim est rā populare, quā pax?  
qua non modo ij, quibus natura sensum de-  
dit, sed etiam recta atq[ue] agri mīhilatari  
videtur. Quid tā populare, quā libertas?  
quam nō solū ab hominibus, verū etiam à  
bestijs expeti, atq[ue] omnib[us] rebus anteponi  
videatis. Quid tam populare, quām otium?  
quod ita iucundū est, vt & vos, & maio-  
res vestri, & fortissimus quisq[ue] vir maxi-  
mos labores suscipiendo putet, vt aliquan-  
do in otio possit esse, præsertim cum impe-  
rio, ac dignitate.

Onuersio est cum in idem verbū coniij-  
 citur sæpius oratio, Cicerō in Anto-  
 niū, Doletis tres exercitus populi Ro-  
 mani imperfectos? Interfecit Antonius.  
 Desideratis clarissimos ciues? eos quoque  
 eripuit vobis Antonius. Autoritas huius  
 ordinis afflcta est? Afflixit Antonius.

Complexio est, quæ repetitionē & con-  
 versionem complectitur. Quis sunt, qui  
 fædere

fæderâ sæpe ruperunt? Carthaginenses.  
 Qui sunt, qui crudele bellum in Italia  
 gesserunt? Carthaginenses. Qui sunt, qui  
 Italiam de formauerunt? Carthaginenses.  
 Qui sunt qui sibi postulât ignosci? Cartha-  
 ginenses. Videte ergo, quid oporteat eos  
 impetrare. Cicero pro lege agraria: Quis Orat.  
 legem tulit? Rullus. Quis maiorem po-  
 puli partem suffragijs priuauit? Rullus.  
 Quis comitijs præfuit? idē Rullus. Quis  
 tribus, quas voluit, vocauit, nullo custode  
 sortitus? Quis decem viros, quos voluit,  
 renunciauit? idem Rullus.

Conduplicatio est verborū geminatio,  
 quæ habet interdū vim, lepore malias.  
 Geminantur autē verba modis pluribus,  
 aut enim adiungitur idem iteratum, ut Ci Orat.  
 cero in Catilinam, Viniis & viuis nō ad de-  
 ponēdam sed ad confirmandam audaciā.  
 Aut & idem ad extremum refertur: Ci-  
 cero in Verrē, Multi & graves dolores acq.  
 inuenti parentibus, & propinquis multi.  
 Aut contiuēter unū verbū non in eadē  
 senten-

Sententia ponitur: Cicero pro Ligario,  
 Principis dignitas erat penè par, non par  
 fortasse eorum qui sequebatur: Aut post  
 aliquam interiectionem repetuntur. Cice.  
 Bona, miserum me [consumptis enim la-  
 chrymis tamē infixus animo hæret dolor] bona inquam Cn. Pompeij acerbissimæ vo-  
 ci subiecta præconis. Possunt quoq; media  
 respondere, vel primis, ut Virgil.

Tenemus Angiciæ, vitreatæ Fucinus vnta.

**En. 7.** **A&7.** Vel ultimis: Cicero in Verrem, Hæc nauis  
 onusta ex præda Siciliensi: cum ipsa quoq;  
 esset ex præda. Interim sententia tota repe-  
 titur. Cicero in eadē act. Quid Cleomenes  
 facere potuit? non enim possum quēquam  
 insimulare falso. Quid inquam Cleome-  
 nes magnopere facere potuit? Ille verò a-  
 pud Ciceronem locus est pulcherrimus, in  
 quo & primo verbo longo interuallo redi-  
 tum est ultimum, & media primis &  
 medijs ultima cōgruunt. Vestrūm iam hic  
 factum reprehendit P. C. non meum: ac  
 pulcherrimum quidem factum, verum ut  
 dixi non meum sed vestrum.

TRA

**T**raductio est cum verba paululum immutata ponuntur. Cicero, Homines prope confidentem iudicio liberauerunt: hominib<sup>o</sup> iniuria tui stupri in ipsis dolorib<sup>e</sup> nō fuit: Homines tibi arma, alij in me, alij post in illum inuictum ciuem dederunt: hominum beneficia prorsus concedo tibi, ac maiora non esse querēda. Et pro Archia: Pleni sunt omnes libri, plene sapientium voces, plena exemplorum vetustas.

**S**ynonymia est cum verba idem signifi-  
cantia congregātur. Quae cum ita sint Orat. 10  
Catilina, perge quo cœpisti: egredere ali-  
quando ex urbe, patet portæ, proficiscere.  
Et alio libro: Abiit excessit, erupit, euasit. Orat. 11  
Nec verba modo, sed sensus quoque idem  
facientes aceruantur, Perturbatio istum PROMPTU  
mentis & quædam scelerum offusa caligo  
& ardentes furiarum faces excitarunt.

**P**olysyndeton est schema quod coniung-  
ctionibus abundat.

Geor. 3. Tectamq; laremq;

Armaeq; amine eumq; canē, cressamq; pharetram.

In Catil. Cic. Atq; idem tamen sū prorum, & scelerū exercitatione assuefactus, frigore, fame, ac siti, & vigilijs perferendis, fortis, Pro domo sua. qibij; istis suis socijs prædicabatur. Idem. Senatus est summum populi Romani populorumq;, & gentium omniū, ac regum concilium. Et alibi. Virtus hominibus instituendo, & persuadendo, non minis, & vi, ac metu traditur.

**G**radatio repetit quæ dicta sunt, & priusquam ad aliud descēdat in pluribus resistit. Vel ut cum Cicerone definiamus, Gradatio est cum gradatim sursum versus reditur. Africano virtutem induit, virtus gloriam, gloria æmulos coparauit. Cicero pro Milone: Neq; verò se populo solum, sed etiā senati tradidit: nec senati modo sed publicis præsidij; & armis neq; his tantū, verum etiā eius potestati, cui senatus totā Remp. omnē Italie, pubem, cuncta populi Romani arma comiserat.

miserat. In tertio loco, cū dicendū fuisset: nec publicis præsidij, & armis tantū: consilio, quoniam id longū erat & insuane, pro eo dixit: neq; his tantū. Idem pro Sex. Roscio Amerino. In urbe luxurie creatur ex luxuria auaritia existat, necesse est, ex auaritia erumpit audacia. Hæc figura apertiorem habet artem, & magis affectatam, ideoque esse rarer debet.

## De figuris verborum, quæ sunt per detractionem.

Quint.

CAP. XXVII.

19.2.3.

**S**equuntur figuræ, quæ per detractionē finit, quæ breuitatis nouitatisq; maximè gratia petuntur.

Cic. 3.

de orat.

in orat.

auto. ad

Her.1.4.

**D**issolutio, quam articulum alij vocat, Deprou.  
est cum demptis coniunctionibus dis- conf.  
solutè plura dicuntur. Cicer. Sit in eius  
tutela Gallia, cuius virtuti, fidei, felicitati  
commendata est. Aptæ est hæc figura  
non in singulis modo verbis, sed sententijs  
etiam, ut Cicero pro Archia: Hæc studia Pro Ar<sup>et</sup>  
chia.

K. 2. ade-

adolescentiam alunt, senectutē oblectant;  
 De poly secundas res ornant, aduersis perfugium  
 syndeto cū est præbent, delectant dōmi, non impediunt fo-  
 cap. su- ris, pernoctant nobiscum, peregrinantur.  
 petiori. rusticantur. Dissolutionis autē, & poly-  
 syndeti fons vñus est, quia acriora faciūt,  
 Arist. 3. Rhetor. quæ dicuntur, & vim quandam per se fe-  
 ca 12. rentia velut sèpius erumpentis affectus.

**A** Diūctio est in quā vnum ad verbum,  
 quod primū aut postremū collocatur  
 plures sententiæ referuntur, quarum una-  
 quæq; desideraret illud, si sola poneretur.  
 Fit autē præposito verbo id quod reliqua  
 Pro Clue respiciant, hoc modo: *Vicit pudorem libi-*  
*do, timorē audacia, rationem amētia: aut*  
 Orat. 1. *illato, quo plura clauduntur. Nec enim is*  
*es Catili. vt te, aut pudor vñquam à tur-*  
*pitudine, aut metus à periculo, aut ratio*  
*à furore renocauerit. Mediū quoq; potest*  
*esse quod & prioribus, & sequētibus suf-*  
*ficiat, vt formæ dignitas, aut morbo de flo-*  
*rescit, aut vetustate. Quod cum fit, Con-*  
*iunctio figura est.*

Pis

**D**isjunctio [quam perspicuitatis gratia quonia superioribus cōtraria est, hoc loco tradimus] est cum eorū, de quibus dicimus vñū quod dīq̄s certo cōcluditur verbo. Cicero pro Archia: Me autem quid pudeat, qui tot annos ita viuo, Iudices, ut ab illis nullo me vñquam tēpore, aut commodum, aut ocium meum abstraxerit, aut voluptas auocarit, aut denique somnus retardarit. Et in eadem oratione. Homerum Colophonij ciuem esse dicunt suum, Chij suum vendicant, Salaminij repetunt, Smyrnæi verò esse suum confirmant.

**S**yneccdoche, cuius & Cicero & Quin-  
tilianus meminerunt, non tropus modò de quo antedictum est, sed verborum etiā est exornatio. Ea fit cum subtractum aliquod verbum satis ex cæteris intelligitur. Præcisionem vocat author ad Her. Cicero ad Brutum: Sermo nullus scilicet nisi de te. Quid enim potius? Simulenim intelligitur in priori quidem parte, est, in posteriori verò, faciamus, aut aliquid simile.

Synecdoche di  
Gest ab apo.  
Syne- & Differt ab Aposiopesi, quæ sententiarum  
eſt exornatio, quod in ea unum verbū, &  
manifestum quidem desideretur, ut in su-  
peli. periori exemplo, & in illo etiā Ciceronis:  
Data Lupercalibus, quo die Antonius  
Cæſari, ubi nihil aliud intelligi potest  
quam hoc, diadema impoſuit. At in Apo-  
siopesi, aut insertum eſt, quod tacetur, aut  
certè longiore sermone explicandum, Sy-  
neciosis eſt quæ duas res diuersas colli-  
gat, hoc modo: Tam deest auaro, quod ba-  
bet, quam quod non habet.

## De figuris verborum tertij generis.

CAPVT. XXVIII.

Cicer. 3. Tertiū eſt genus figurarum, quæ aut  
de orat. similitudine vocum, aut paribus aut  
& in or. contrarijs, vertunt in se aures, & animos  
Quint. I. 9. c. 3. Aut. ad excitant.

Her. I. 4.

~~A~~ Nnominatio, quam Græci Paronomæ-  
fiam vocant, eſt cum paululum immu-  
tata verba, atq[ue] deflexa, in oratione ponun-  
tura. Ea muliis & varijs rationibus con-  
ficitur:

ficitur: Adiectione hoc modo, Cicero pro  
 Cluentio: Si in hac calamitosafama, quasi proClu.  
 in aliqua pernicioſiſima flāmat. Et, Emit  
 morte immortalitatem. Detractione ſic,  
 contra eum, qui ſe legationi immortiſurū  
 dixerat, pater Quintilianī: non exigo ut  
 immoriaris legationi, immorare. Commu- 1.9 c. 3.  
 tatione, hoc modo: Cicero in Catilinā, Hæc  
 reipublicæ peſtem pauliſper reprimi, non  
 in perpetuum comprimi poſſe. Et in M. Orat. 1.  
 Antonium. Hæc cur magiſter eius ex ora  
 tore orator factus ſit. Translatio: Videte  
 Iudices utrū homini natio, an vano credere  
 malitiis, Hæc figura leuis alioqui ſenten-  
 tiarum pondere implenda eſt. Merito igi  
 tar illa exēpla vitandi potius, quā imitādi  
 gratia ponit Quintilianus: Auium dul-  
 cedo ducit ad auiū, & non Pisonum, ſed  
 pitorum: peſſimum vero, Ne patres Con-  
 ſcripti, circunscripti videantur: &, Raro  
 euenit, ſed vebemēter venit: aliaqꝫ ſimilia.

**S**Imiliter cadens exornatio eſt, cum Pro Le-  
 in eosdem caſus verba cadunt. Græci ge Man-

*Homoioptoton appellant. Cicero, Ac pri-*  
*mum quanta innocētia debent esse impe-*  
*ratores. Quanta deinde omnibus in rebus*  
*tēperantia? Quanta felicitate? Quanto*  
Pro Ar-  
chia.  
*ingenio? Quanta humanitate? Et alibi:*  
*Hunc ego non diligam? non admirer? non*  
*omni ratione defendendum putem Simi-*  
*liter cadens est in illis verbis, Diligam,*  
*admirer, putem. Nam & verborum ut*  
*nominum sui etiam sunt casus.*

Pro lege  
Manil. **S**imiliter desinens est cū siue casus sit in  
*verbis, siue nō, tamē similes exitus sunt:*  
Pro Mil. *Cicero: Itaq; non sum prædicaturus, Qui-*  
*rites, quātas ille res domi, militiæq; terra,*  
*mariq; quantaq; felicitate gesserit, vt eius*  
*semper volūtatibus non modo ciues assen-*  
*serint, socij obtemperarint, hostes obedie-*  
*rint, sed etiā venti, tēpestatesq; obsecunda-*  
Pro Mil. *rint. Et pro Milone, Non modo ad saluē*  
*eius extinguēdam, sed etiā gloriā per ta-*  
*les viros in fringēdam. Differt hæc figura*  
*à superiori, estenim similiter cadēs, tantū*  
*casus similis, etiam si dissimilia sint, quæ*  
*decli-*

declinentur: at similiter desinēs in eisdem exitus cadit, ut Audacter territas, humiliter placas. Atq[ue] eo fit, ut similiter cadēs in verbis & nominibus tantū esse possit, cū similiter desinens non modo in his, sed in illis etiam, quæ declinari non possunt reperiatur, ut proximū declarat exēplum.

**C**ompar Græci vocant Isocolon, habet mēbra orationis, quæ constāt ex pari ferè numero syllabarum. Hoc nō de enumeratione nostra fiet, nā id quidē puerile est: sed tantū affert usus, & exercitatio facultatis: ut animi quodam sensu par membrū superiori referre possimus. Cic. pro lege Manilia: Ita tantū bellū, tam diuturnū, tam longe, lateq[ue] dispersum, quo bello oēs gentes tenebantur, Cn. Pōpeius extrema hyeme apparauit ineūte vere suscepit: media aestate confecit. Loquitur autē de bello, quod Pōpeius ges̄it contra Piratas.

Prolego  
Manil.

**C**ontrapositorum, autem vel, ut quidam vocant, Contentio [antitheton Græcis]

K5 dicitur]

Cic. pro dicitur] nō vno sit modo. Nam & sit, si sim  
 fluent. gula singulis opponitur, vt, Vicit pudore  
 rē libido, timorē audacia, rationē amētia.  
 Ibidem. Et bina binis: Non nostri ingenij, vestri  
 auxiliij est. Et sentētiæ sententijs, Odit po-  
 pulus Romanus priuatam luxuriam, pu-  
 blicā magnificentiam diligit. Nec semper  
 contrapositū subiungitur, vt in hoc Cicero-  
 nis pro Milone, Est enim hæc Iudices non  
 scripta, sed natalex: sed crebra etiam cre-  
 bris opponuntur, vt in eo, quod sequitur,  
 quam non didicimus accepimus, legimus,  
 verum ex natura ipsa arripuimus, hausi-  
 mus, expressimus. Sunt quidam authores,  
 qui duplē faciunt contētionem, vnam  
 verborum, quam Antithesin appellant:  
 sententiarum alteram, quam Antitheton  
 vocant. Eas autem ira discernunt, vt con-  
 tentionem verborum figuram esse dicant,  
 cum ex verbis cōtrarijs conficitur oratio,  
 vt, Inimicis te placabilem, amicis inexora-  
 bilem præbes. Et quod Cecil. Metelus  
 Lib. 10. dicit apud Linium: amicitias immortales,  
 dicit. inimicitias mortales debere esse: senten-  
 tiarum

ziarūm verò cum sententiæ contrariae ex  
comparatione referuntur. Sed cū Quinti-  
lianuſ Ciceronem ſecutuſ Antitheon in-  
ter verborū numeret exornationes, & diſ-  
crimen illud tenueſit, & exile ſatis eſſe de-  
bet, quod de contētione dictū eſt. Magnæ <sup>Quintil.</sup>  
veteribus curæ fuit, gratiam dicēdi ē qua  
tuor bis proximis figuris acquirere. Gor-  
gias in hoc immodicus, copiosus utiq; pri-  
ma etate Isocrates fuit. Delectatus eſt hiſ-  
etiam M. Tuliſ verum, & modū adhi-  
buit non ingratæ [nisi copia redūdet] vo-  
luptati, & rem alioqui leuem ſententiariū  
pondere impleuit. Nam per ſe frigida, &  
inanis affectatio, cū in acreis incidit ſenſus  
innata videtur eſſe, nō accersita. Et quoniā  
contrapositum ſæpe fit assumpta pariter  
commutatione, de ea hoc loco dicamus.

**C**ommutatio eſt, cū duæ ſentētia inter  
ſe diſcrepātes ita efferuntur, vt à prio-  
re posterior contraria priori proficiat:  
Non vt edam viuo, ſed vt viuāedo. Item,  
ſi poema loquēs pictura eſt, pictura tacitū  
poema

Pro Clu poema debet esse. Et apud Ciceronem: Ut  
ent.

¶ sine inuidia culpa plectatur, ¶ sine cul-  
pa inuidia ponatur. Hæc de verborum  
figuris dicta sunt, in quibus illud notandum  
est, multas earum cadere frequenter in eas-  
dem sententiis, idq; cum magna venustate.

Pro Cic. Cicero: Si quantum in agro locisq; desertis  
audacia potest, tantum in foro ac iudicijs  
impudentia valeret. Compar est, ¶ simi-  
liter cadēs: Non minus nunc in causa ce-  
deret Aulus Cecinna Sexti Ebutij impu-  
dentiae, quam tunc in vi facienda cessit au-  
daciæ. Compar similiter cadens, similiter  
desinens. Accedit ¶ ex illa figura gratia,  
qua mutatis casibus verba repetuntur.  
Non minus cederet, quam cessit.

Quid verborum figuræ orationi  
conferant, & quid eis cau-  
dum sit. CAP. XXIX.

Quinti. li. 9. c. 5. SI quis autem parce, ¶ cum res poscit,  
verborum figuris vtatur, in cunctiorē fa-  
ciet orationē. Qui verò immodice ¶ sine  
indicio

iudicio eas adhibuerit, ipsam illam gratiam  
varietatis amittet. Danda igitur opera  
est, ut nec multae sint supra modum, nec  
eiusdem generis, aut iunctae, aut frequetes:  
quia satietas ut paucitate carū, ita varie-  
tate quoque vitatur. Quod de his verborū  
figuris, quæ nobiles sunt, atq; insignes in-  
telligendum est, non de illis quæ valde sunt  
vulgarē, ac vulgares, quæ etiam si sunt cre-  
briores, consuetas aures minus feriunt. Ri-  
diculum etiam est neglecto rerū pondere,  
ex viribus sententiarum, inania verba in  
hos modos deprauari. Cum enim figuræ  
sint quasi quidam gestus orationis, cas sine  
semper sectari rā est ridiculū, quam quæ  
rere habitum, gestumq; sine corpore. Non  
sunt etiam nimis densandæ. Sciendum vero  
imprimis, quid quisq; in orando postulet  
locus, quid persona, quid tempus. Maior  
enim pars harū figurarum posita est in de-  
lectione: ubi vero atrocitate, inuidia, mi-  
seratione pugnandum est, quis feret contrac-  
positis, ex pariter cadentibus, ex consimi-  
libus irascentem, flentem, rogantem? Cum

in his rebus cura verborum deroget affectibus fidem, & vbi cunque ars ostentatur, veritas abesse videatur.

## De figuris sententiarum.

C A P V T . XXX.

**Cicer. 3.** **N**unc res ipsa monet, ut, deinceps ad  
de orat. & in or. sententiarum exornationes transeamus.  
**Quinti.** **E**st autem sententiarum exornatio, quæ  
li. 9. c. 2. non in verbis, sed in ipsis rebus quandam  
autor. habet dignitatem. Atq; ead causa sen-  
L. 4 Ru- tentiarum ornamenta maiora sunt. Quo  
finianus genere, quia præstat omnibus Demosthe-  
Aquila, & Ruti- nes, id circa doctrinæ oratorum est princeps  
li. 5. indicatus. Schemata ea vocantur Græci, quæ  
maxime ornent orationem, eaque, ut defi-  
nitio demonstrat, non tam in verbis pingue-  
dis pondus habent, quam in illuminandis  
sententijs. Nec aliud quicquam est dicere,  
nisi omnes aut certè plerasq; aliquæ specie  
illuminare sententias.

**Orat. 1.** **I**n terrogatio figura est, quoties non scis-  
citadi gratia assumitur, sed instādi: Quo  
Vsq;

usq; tandem abutere Catilina patiētia nostra? Patēre tua cōsilia non sentiū? Et zotus deniq; hic locus. Quāto enim magis ardet, quam s̄ diceretur? Diu abuteris patientia nostra: patēt tua cōsilia. Interrogamus etiam, quod negari non possit. Cicerō pro Cluentio: Dixit ne tandem causam Pro Cle  
C. Fidiculanus falcula? Aut ubi respondē<sup>cne.</sup> di difficultis est ratio, ut vulgo vīi solemus: Quomodo? Qui fieri potest? aut inuidiæ, aut miserationis, ut Sinon apud Virgil.

Heu quæ nūc tellus, inquit, quæ me æquora possunt  
Accipere?

Conuenit etiam indignationi.

Et quisquam numen lunonis ardoret?

Et admirationi.

Quid non mortalia pectora cogis,  
Auri sacra famæ?

Est interim acrius imperandi genus.

Non arma expedient, totaq; ex urbe sequentur!

Et ipsi nosmet rogamus: Quale est illud

Turni apud Virgilium:

Quid agam: aut quæ iam satis ima de bīscat,

Terra mibit

Cap. 4

En. 8

R. spōn.

**R**esponsio figura est cum aliud interroganti ad aliud, quia sic utilius sit, occurritur, tum auge di criminis gratia: Ut testis in reum rogatus a reo fustibus vapulasse? Et innocens inquis: Tum declinandi, quod est frequentissimum. Quæro an occideris hominem? respondetur latronem.

+ **S**ubiectio est, cù orator vel interroget se ipsum, & respondeat sibi: vel cum alium preliguerit, non expectat responsum, ut Cicer pro Ligario: Apud quem igitur hoc dico? nempe apud eum, qui cum hoc sciret, tam me antequā vidit, reipublicæ redditum. Et, domus tibi deerat? at habebas: pecunia superabat? at egebas. Sunt autem interrogandi, & respondendi sibi non ingratæ vices.

**O**ccupatio, quam Quintilianus Præsumptionem, Græci Prolepsin dicunt, est cum id quod obijci potest, occupamus: Huc pertinet illa Ciceronis præmunitio contra Quint. Cæciliū, quod ad accusandū descendat, qui semper defenderit. Verborū quoq;

quoq; vis, ac proprietas confirmatur, vel  
præsumptione: Quāquam illa non pœna,  
sed prohibitio sceleris fuit, vel reprehensio  
ne, quam alij correctionem appellant.

**C**orrectio est quæ tollit sententiam ali-  
quam, & eam alia, quæ magis idonea  
videtur, emendat & corrigit, Cicero: Ita-  
liam ornare, quam domum suam maluit:  
quamquam Italia ornata, domus ipsa mi-  
hi videtur ornatior: loquitur autem de L.  
Mummio. Est etiam correctio in verbo-  
rum exornationibus, quæ tollit verbum,  
quod dictum est, & pro eo, id, quod magis  
idoneum videtur, reponit, hoc modo: O  
virtutis comes inuidia, quæ bonos in se-  
queris, atq; adeo insectaris. Et illud: Atq;  
hæc ciues, ciues inquā, si hoc eos appellari  
nomine fas est de patria sua, & cogitant,  
& cogitauerunt. Praclarum illud Cic. in  
Verrem: Non enim furem, sed epiptorem: A& 3.  
non adulterum, sed expugnatorem pudi-  
citiae: nō sacrilegium, sed hostem sacrorum,  
religionumq;: nō sicariū, sed crudelissimū

Off. 2.

Aut. ad  
Her. I. 4.

Pro Mu.

Lcarni

carnificem ciuium, sociorumque in vestris  
iudicium adduximus.

**D**ubitatio est, cum quærimus unde in-  
cipiendum, ubi desinendum, quid potis-  
simum dicendum, an omnino dicendum sit.

Pro Cl. Cicero pro Cluentio: Evidet, quod ad me  
attinet, quod me verità, nescio. Negem fuisse  
infamia, in dicti corrupti: & quæ sequun-  
tur. Est egregiū tum subiectionis, tum hu-  
ius figuræ exemplum apud Liuium in P.  
Lib. 8. dec. 3. Scipionis ad milites concione: apud vos  
quemadmodum loquar, nec cōcilium, nec  
oratio suppeditat: quos ne quo nomine qui  
dē appellare debeam, scio: ciues? qui à pa-  
tria vestra descipiuitis. An milites? qui im-  
perium, auspiciūq; abnuistis, sacramēti  
religionem rupistis. Hostes? corpora, cras-  
vestitum, habitum ciuium agnosco: facta,  
dicta, consilia, animos hostium video.

**C**ommunicatio non procul abest à du-  
bitatione, cū aut ipsos aduersarios con-  
fessim. Cicero: Tu denique Labiene quid  
facere

faceres tali in re ac tempore? cum ignaviae  
ratio te in fugā atq; in latebras impelleret  
improbitas & furor L. Saturnini in Capi-  
toliu arcesseret, consules ad patriae salutē  
ac libertatem vocarēt, quam tandem autho-  
ritatē, quam vocē cuius sectā se qui, cuius  
imperio parere potissimum velles? Aut  
cū Iudicibus liberamias, ut Cato, Si vos  
in eo loco essetis, quod aliud fecissetis?

**P**rosopopœia est personarum ficta indu-  
ctio, vel grauissimum lumen augendi,  
bac, & aduersariorum, & nostros cū alijs  
sermones, & aliorum inter se credibiliter  
introducimus: & suadendo, obiurgando,  
quærendo, laudando, miserando, personas  
idoneas damus. Quin mortuos excitare in  
hoc genere dicendi concessū est. Urbes etiā,  
populiq; vocē accipiūt: in quibus hoc modo  
mollior sit figura: Et enim se meū patria, Orat. i.  
quæ mibi vitæ mea multò est charior, si cū in C.  
Et a Italia, si omnis respub. sic loqueretur,  
M. Tulli quid agis? & quæ sequuntur.  
Sed magna quædam vis eloquētiae deside-

*naturā. Falsa enim & incredibilis naturā  
necessē est, aut magis moueāt, quia supra  
vera sunt, aut pro vanis accipientur quia  
vera nō sunt formas quoq; fingimus sēpe,  
vt famæ Virgil. vt voluptatis ac virtutis  
[quēadmodū à Xenophōte traditū] Pro  
dicus, vt multarum aliarum rerum Ouid.*

*Cicer. + A Postrophe est auersus à iudice sermōz  
pro Lig. mire autē valet, siue aduersarios inua-  
dimus: Quid enim Tubero, tuus ille dis-  
trictus in acie pharsalica gladius agebat?  
Cuius latus ille mucro petebat? Qui sen-  
sus erat armorum tuorū? quis quamens?  
oculi? manus? ardor animi? Quid cupie-  
bas? Quid optabas? Siue ad inuocationē  
pro Mil. aliquam conuertimur, Vos enim iam Al-  
bani tumuli atq; Luci: Siue ad inuidiosam  
implorationem, O leges Porciæ, legesque  
Semproniæ.*

*De ora-  
to 3*

*H Ypotiposis, quam illustrem explana-  
tionem Cicero appellat, est proposita  
quædam forma rerum ita expressa verbis,*

ut cerni potius videatur, quam audiri: vel  
 Estremum quasi gerantur, sub aspectum  
 penè subiectio, ut actione in Verrem septi-  
 ma: Ipse inflammatus scelere, ac furore in Cic. act.  
 forū venit, ardebat oculi: toto ex ore crude  
 litas emicabat. Nec solum quæ facta sint  
 aut fiant, sed etiam quæ futura sint; aut fu-  
 rasuerint dicendo exprimimus. Mire tra Cicero.  
 Etat hæc Cicero pro Milone, Quæ factu- pro Mil.  
 rus fuerit Clodius, si præturam inuasisset.  
 Hæc translatio temporum, erit verecun-  
 dior, si proponamus talia: Credite vos in-  
 zueri: ut Cicero: Hæc, quæ non vidistis oculi,  
 animis cernere potestis.

**A** Posiopesis, quam Cicero reticentiam De ora-  
 nonnulli interruptionē appellant, &  
 ipsa ostendit affectus, vel iræ, ut Virg. to. 3.

Quos ego: sed motos præstat componere fluttus. Æn. 1.  
 vel solitudinis, & quasi religionis: An  
 bius ille legis, quam Clodius à se innentā pro Mil.  
 gloriatur, mentionē facere ausus esset, vi-  
 uo Milone, ne dicam consule? de nostrum  
 enim omnium, non audeo totum dicere.

Etho:

**E**Thopœia est imitatio vitæ, ac morum alienorū, magnū quoddā ornamētum orationis, & aptū ad animos conciliandos vel maxime, saepe autē ad permouendos:

**Orat. 2.** Cicero contra Rullum: Incunt tandem magistratus tribuni plebis, concio tandem expectata P. Rulli, quod & princeps erat Agrariæ legis, & truculētius se gerebat, quācæteri. Iam designatus alio vultu, alio vocis sono, alio incessu esse meditabatur, vestitu obsoletiore, corpore inculto & horrido, capillatiōr quam ante, barbaq; maiore, ut oculis & aspectu denūtiare vim Tribunitiam, & minitari Recip. videretur.

**E**Mphasis est, cum ex aliquo dicto latēs aliquid eruitur: vel, ut Cicero definit, que plus ad intelligendum, quam dicitur, relinquit, Virgilius:

Demissum lisper funem.

**Idem de Cyclope:**

Iacuitq; per antrum.      Immensum.

**Vbi prodigiosam illam corporis magnitudinem e loci spatio intelligimus.**

Susten-

**S**ūstentatio est figura, qua diu suspenditur auditorū animi, atq; aliquid deinde inexpectatū subiungitur, ut in Verrē Cic. Aet. 7. Quid deinde? quid cesseris? furtū fortasse, aut p̄dām aliquam? Deinde cum dīe suspendisset iudicū animos, subiecit, quod multo esset improbus. Aliquando etiā cum expectationē alicuius rei grauissimae orator concitauerit, ad aliquid, quod lcue sit, aut nullo modo criminōsum, descendit.

**P**R̄etermissio, vel pr̄teritio est, cū dicimus nos pr̄terire, aut non scire, aut nolle dicere id, quod tūc maxime dicimus, Cicero in Rullum: Non queror diminutionē vectigalium, nō flagitiū būius iacturæ atque damni. Pr̄etermitto illa, quæ nemo est, quin grauissimè, & verissimè cōqueri possit, nos caput patrimonij publici, pulcherrimam populi Romani possessionem, subsidiū annonæ, horrem bellī, sub signo claustrisq; Reip. positum vectigal seruare non potuisse: cum denique nos agrum P. Rullo concessisse, qui ager ipse per se se-

Syllanæ dominationi, & Gracchorum largitioni restitisset: nō dico hoc solum in Rep. vectigal esse, quod amissis alijs remaneat, intermissis nunquā quiescat, in pace niteat, in bello non obsolecat, militē sustētet, hostem non pertimescat: prætermitto omnē hanc orationē, & concioni reseruo. De periculo salutis, ac libertate loquor. Et in alia oratione. Omitto iurisdictionem in libera ciuitate contra leges, senatusq[ue] consulta: cædes relinquo, libidines prætereo.

Deprou  
cons.

proLig. **L**icentia est, cum apud eos, quos aut vereri, aut metuere debet orator, tamen aliquid pro iure suo dicit, quod eos minimè offendat. Cicero pro Ligario: Vide, quām non reformidem: vide, quanta lux liberalitatis, & sapientiae tuæ mibi apud te dicenti oboriatur quantum potero voce contendā, ut hoc populus Romanus exaudiat. Suscepso bello Cæsar, gesto etiam magna ex parte, nulla vicioactus, iudicio meo ac voluntate ad ea arma profectus sum, quæ erant sumpta contrate.

Concessio

**C**oncessio est, cum aliquid etiam iniquum  
videtur orator pati atque concedere, ut  
quae deinde dicturus est, graniora videan-  
tur. Cic. in Verrem. Levia sunt haec in hoc Aet. 7.  
reo crimina: metu virgarum Nauarchus no-  
bilissimae civitatis pretio redemit: huma-  
num. Alius ne condemnaretur pecuniam  
dedit usitatum est. Non vult Pop. Ro. obso-  
letis criminibus accusari Verrem: noua po-  
stulat, inaudita desiderat: non de Pretore  
Siciliæ, sed de crudelissimo tyranno fieri  
iudicium arbitratur. Interruptio est brevis  
declinatio à proposito. Nam longior illa  
digressio, quæ multis pars causæ videtur,  
inter figuræ numeranda non est, Virg.

Vare tuum nomen (superet modo Mantua nobis  
Mantua, ve miseræ nimirum vicina Cremonæ)

Cantantes sublime ferent at sidera Cygni.

Hæc brevior à re digressio plurimis fit mo-  
dis. Sed hoc exempli gratia sufficiat.

**I**Ronia & à Quintiliano, & à Cicerone  
inter sententiarum exornationes nume-  
ratur. Differt autem ab illa, quæ tropus est,

L 5 quod

quod tropus breuior sit & apertior. At in figura totius voluntatis fictio est. Cicero pro  
proLig. Ligario, Nouum crimen. C. Cæsar & ante  
huc diem inauditum propinquus meus ad  
te Q. Tubero detulit, Q. Ligarium in  
Africa fuisse: idque C. Pansa Præstantis  
vir ingenio, fretus fortasse ea familiaritate  
qua est ei tecum, ausus est confiteri. Itaque,  
quo me verità, nescio. Paratus enim vene-  
rā, cum tu id neq; per te scire, neq; audire  
aliunde potuisses, ut ignoratione tua ad  
bominis miseri salutem abuterer.

**D**istributio, quæ ad sententiarū exori-  
nationes pertinet, est, cum aliquid in  
partes plures tribuitur, quarum unicuique  
ratio deinde sua subiungitur, ut, Alexan-  
dro Macedoni neque in deliberando con-  
siliū, neque in præliando virtus, neque  
in beneficio benignitas deorat. Nam quia  
aliqua res dubia accidisset, apparebat sa-  
pietissimus: quum autē configendū esset  
cum hostibus, fortissimus: quum vero præ-  
mium dignis tribucndum, liberalissimus.

Per

**P**ermisso est, cum alicui rei vehemēter confidimus, & ostendimus nos eam tradere atq; cōcedere alicuius voluntati, hoc modo: Sed ego iam iudices sum: mū ac legitimū meā causā ius omitto: vobis quod æquissimū videatur, ut constituatis, permitto. Non enim vereor quin etiam si nouum sit vobis instituendum, libenter id quod postulo, propter utilitatem communis consuetudinis sequamini. Cicero in Catilinam, Quid expectas? proficiscere, nimium iam diu te imperatorem illa tua Manlianā castrā desiderant. Et in eadem oratione: Egedere cum importuna sceleratorum manu: confer te ad Manliū, concita perditos ciues, secerne te a bonis, infer patriæ bellū, exulta impio latrocínio.

**D**epracatio, quam vel obsecrationem, vel obstentationem alij appellant, est cū opem alicuius imploramus, Cicero pro Deiotaro: Quamobrem hoc nos primum metu C. Cesar perfidem, & constantiam, & clementiam tuam libera, ne residēre in

te ullam partē iracundiæ suspicemur. Per dexteram te istam oro, quam Regi Deiotaro hospes hospiti porrexisti: istam, inquit, dexteram non tam in bellis & in prælijs, quam in promissis, & fide firmiorem.

**E**xecratio est, qua malum alicui precastumur. Cicero pro Deiotaro: Dixi te perdant fugitiue, ita non modo nequam & improbus, sed fatuus & amens es.

**E**t phonema est rei narratæ vel probatæ summa acclamatio, Virgilius:

Tantæ molis erat Romanam condere gentem.

**E**xclamatio est quæ consecit significatiōnē doloris, aut indignationis alicuius per hominis aut rei cuiuspiam cōpellationem: Cic. in Antoniū: O miserum me consumptis enim lacrymis, infixus tamen pectori bæret dolor. Et in eundē. O ciuem natum Reip. memorē sui nominis, imitatoremq; maiorū loquitur autē de D. Bruto.

Phil. 2.

Phil. 3.

Et paulo post in eadem orat. O admirabilem impudētiā, audaciā, temeritatē.

*Idem*

**I**dem contra Rullum: O perturbatam rationem, o libidinem refrenādam, o consilia dissoluta atque perdita. Et in Catilinam, o tempora, o mores, Senatus hoc intelligit. Consul videt, hic tamen viuit.

**S**unt et illa iucunda, et ad commendationem cum varietate tum etiam ipsa natura plurimū valent, quae simplicē quādam et non præparatam ostendunt orationem. Quae quoniam nullū habent latino sermone nomen, breuiter hoc loco explicabuntur. In primis quasi pœnitentia dicti, ut Cicero pro Saelio. Sed quid ego ita graue personam induxi? introduxerat autem Appium illum cœcum, qui pacē Pyrrhi quondam diremerat, cum muliere suæ familiæ parū pudica grauius expostulantē. Et quibus vtimur vulgo, Imprudēs incidi. Vel cum quærimus, quid dicamus, Quid reliquū est? et Nunquid omisi? Et cū aliqua velut ignoramus: Cicer. in Verrē: Sed carum rerum artificē quem? quem nam? recte admones. Polycletum esse dicebant.

A.A.6.

Et

Et cū deponimus apud memoriā auditōris aliqua, & reposcimus quæ deposuerimus. Hæc omnia dāt orationi varijs velut vultus. Gaudent enim res varietate, & sic cut oculi diuersarū aspectu rerum magis detinētur, ita semper animis præstant ali quid, in quod se velut nouum conuertant.

**H**ÆC de tropis & ornamenti scū verborum tum sententiarum dicta sint, in quorū numero, nominibus, vi & natura explicanda usq; adeo dissentunt authores vel Graci vel Latini, vt non modo inter se dissentiat, sed, quod maius est, Cicero, qui vt ornatissimus in dicendo, sic in præcipiēdo fuit diligentissimus, ipse sibi discrepet. Nā vt Quintilianus animaduertit, multas figuræ in tertio de Oratore libro posuit quas in oratore postea scripto, quoniā de illis mentionē non fecit, videtur reputiisse. Quasdam posuit inter verborum exornationes, quæ sententiārum sunt lumen. Quaedam ne figuræ quidem sunt. Nec tamen est cur quisquam vel illum vel alios authores

Authores hac de causa temere reprehēdat.  
Ea enim quæ de tropis & figuris præcipi  
possunt, valde minuta sunt, & exilia;  
ideoq; non multum interest, hoc ne an illo  
modo sentias. Quam ego causam fuisse  
puto, cur idem Cicero strictim semper &  
cursim illas attigerit, & nullis nec defini-  
tionibus explicatas, nec exēplis illustratas  
quasi per transennā ostenderit. Iā nume-  
rus illarū nec fuit olim certus, nec verò un  
quam esse poterit. Cuius rei duas ego repe-  
rio causas. Altera est, quod nouæ figuræ  
Quintiliano etiā authore fieri adbuc &  
ex cogitari possunt. Altera, quod tam ver-  
borū quam sententiarū figuræ non in for-  
mas quarum certus, sed in partes & quasi  
mēbra, quorum infinitior est numerus, di-  
stribuuntur. Quod optimè vidit Cicero: in  
Topicis enim cum aliud diuisionem aliud  
Irititionem esse docuisset, dixissetque non  
esse vitiosum in partitione, si partem ali-  
quam prætermittas, quod idem in diui-  
sione vitiosum est. Sic deinde causam  
eius rei addit. Formarum enim certus.

Lib. 9.  
cap. 3.

est

est numerus, quæ cuique generi subjiciantur: partium distributio saepe est infinitior tanquam riuorum à fonte deductio. Itaque in oratorijs artibus questionis genere proposito, quo eius formæ sint, subiungitur absolute: at cum de ornamentis verborum sententiarumque præcipitur, quæ vocantur non sit idem. Res enim est infinitior hæc esse in causa puto ut omnis hæc de tropis & figuris disputatio, non solum dubia & incerta, sed controuersia etiam plenaque dissensionis semper fuerit. In qua ego quod simillimum veri visum est, sum secutus.

### De collocatione. CAP. XXXI.

Cicer 3  
d: Orat. **S**equitur collocatio, quæ erit optima, si vincit orationem efficiet, si coherentem, si lenem, si æquabiliter fluentem. In ea necessaria sunt ordo, & iunctura: primum igitur de ordine. Sed illud prius dica, si modis dicendi imprimis esse necessaria ea, quæ deinceps de ordine iuncturaq; tradentur. Valde enim cōducunt ad formandū stylum qui dicendi perfector est, & magister.

## De ordine. CAP. XXXII.

**O**Rdinis obseruatio est, in verbis singulis & contextis: in singulis cauendum est ne decrescat oratio, & fortiori subiungatur aliquid infirmius, ut sacrilegio fur, aut latroni petulās. Augeri enim debent sententiæ, & insurgere, ut optime Cicero, Tu, inquit, istis faucibus, istis lateribus, ista gladiatori totius corporis firmitate: aliud enim alio maius superuenit: Ac si cœpisset à toto corpore, nō bene ad latera, faucesq; descenderet. Est, & aliis natura-  
 lis ordo, ut diem ac noctem, ortum & occa-  
 sum dicas, potius quam retrorsum. Quæ-  
 dam ordine permutato fiunt superuacua,  
 vt fratres gemini: nam si præcesserint ge-  
 mini, fratres addere non est necesse. Verbo  
 lensem claudere, si compositio patiatur,  
 longe optimum est, Cicero in Verrē: Itaq;  
 ille M. Cato sapiens, cellam penariam act. 4.  
 Reip. nostræ, nutricē plebis Romanæ Si-  
 ciliam nominauit. At si id asperū erit, de-  
 cori potius orationis erit consulendū, vt sit

M apud

QuintL.  
1.9.22.4.

Phil. 2.

apud summos Græcos Latinosq; oratores  
frequentissime: Cicero in Actione eadem:  
Nam cum omnium sociorum, prouinciarum  
rationem diligenter habere debetis, tum  
præcipue Siciliæ, Iudices plurimis, iustis-  
simisq; de causis. In oratione non sunt ad  
pedes verba dimensa ut in carmine, ideoq;  
ex loco transferuntur in locum, quo ma-  
xime congruunt, sicut in rudium stru-  
ctura saxonum fieri consuevit.

### De iunctura. CAP. XXXIII.<sup>1</sup>

De ora.  
10. 3. **I**Unctura vero ut concinna, & elegans sit  
assequemur, si verba extrema cum con-  
sequentiibus primis ita iungemus, ut neue  
aspere cōcurrant, neue vastius diducātur.  
Quinti. Asperum concursum efficiunt consonātes,  
19. c. 4. illæ, quæ sunt asperiores, ut, S. Ultima cū  
X. proxima, ut exercitus Xerxis: quarum  
tristior, etiā si bina collidantur, stridor est:  
ut, Ars studiorum, Rex Xerxes. Hulcā  
vero reddit orationem vocalium cōcursus  
Pessime longæ quæ easdem inter se literas  
committunt, sonabunt, ut, Viro optimo  
obtem-

obtemperare. Præcipuus tamē erit hiatus  
 parum, quæ cauo aut patulo maximē ore  
 proferuntur, ut sensu humanitatis. E plē-  
 nior litera est, langusrior: ideoq; obscurius  
 in his vitium. Minus peccabit, qui longis  
 breues subiicit: & adhuc, qui præponet  
 longæ breuem non tamen id, ut crimen in-  
 gens expauescendum est. In quo nescias  
 negligentia ne an solicitude sit peior. Ne-  
 cessē enim est, ut hic metus impetum dicē-  
 di retardet, & ab his quæ potiora sunt,  
 auertat. Quare ut negligentia est oratoris  
 huius subinde oratione vti: ita humiliis est  
 animi, atq; vi. Si vbiq; hoc perhorrescere  
 In quo merito quidam Isocratem, & eius in orati-  
 discipulos, atque præcipue Theopompum  
 sprehendunt, quod eas literas tantopere  
 fugerint. At Plato in populari etiam ora in apolo-  
gia So-  
cratis.  
 icero certe & Demosthenes modice res-  
 pexerunt ad hanc partem. Nā huius non-  
 nunquā etiam decent, faciuntq; ampliora  
 quædam. Habet enim ille tanquam hiatus  
 & concursus vocalium molle quiddam, in orati-

quod indicet non ingratam negligentiam  
de re hominis magis, quam de verbis labo-

Pro M. ratis. Itaque ille in oratione pro Marcello  
Marc. sic ait: Dolebam enim P.C. ac vehementer  
angebar, cum viderem virum talem, qui in  
eadem causa, in qua ego fuisset, non in ea-  
dem esse fortuna, nec mihi persuadere po-  
teram, nec fas esse ducebam, versari me in  
vestro veteri curriculo, illo æmulo atque imi-  
tatore studiorum, ac laborum meorum, quasi  
quodam socio à me, & comite distracto.  
Vnde aperte intelligimus crebram & ni-  
miam vocalium concursionem esse quidem  
vitandam, modicam vero & in loco

Quinti. fit, non esse reprehendendam. Videndum  
li. 9. c. 4. etiam est, ne syllabæ verbi prioris ultimæ,  
sint primæ sequentis, quod Ciceroni in epistola  
excudit: Res mihi inuisæ, visæ sunt  
Brutæ. Et in carmine: O fortunatam natum  
me consule Romam. Etiam monosyllaba,  
si multa sint, male continuabantur. Bre-  
uium præterea verborum ac nominum vi-  
tanda continuatio est, ne compositi minu-  
sit atque concisa: Et ex diuerso, longorum  
affirunt

afferunt enim taratitatem. Illa quoque vicia sunt, si cadentia similiter & similiter de-  
finitia, & eodem modo declinata multa  
coniungantur. Nec verba quidem verbis  
aut nomina nominibus, similiaq[ue] bis conti-  
nuari debent. Cum virtutes etiam ipsæ tæ-  
dium pariant, nisi gratia varietatis adiutæ  
Illud postremo addamus hanc orationis  
quasi structuram, quæ ordine, iuncturaq[ue]  
constat maximam quidē desiderare diligē-  
tiam, ea lege tamen nefiat operosé. Nam Cicer. in  
esset cū infinitus, tum puerilis labor. Sti- orat.  
lus enim exercitatus efficit facilem hanc  
viam componendi. Nam ut in legendo oculi  
lus, sic animus in dicendo prospiciet, quid  
sequatur ne in conditis verbis, & male  
coagmentatis offendantur aures, quarum  
est iudicium superbissimum.

## De modo & forma verborum.

CAPVT. XXXIII.

**N**O N est ex multis res una, quæ magis  
oratorem ab imperito dicēdi ignaroq[ue]  
distinguat, quam quod ille rufis incondite

M 3 fundit,

Arist. I. 1.  
rhet. c. 8

De ora-  
to. 3.

In part.  
Quinti.

I. 9 c. 4.

fundit, quantum potest, id, quod dicit,<sup>1</sup>  
 spiritu non arte determinat. Orator autem  
 sic illigat sententiā verbis, ut nihil inane,  
 nihil inconditū, nihil curtū, nihil claudi-  
 cans, nihil in oratione sit redundans. Hoc  
 oratorio fit numero, qui aptam & concin-  
 nam, & suauem efficit orationē. Breuiter  
 igitur origo, deinde causa, post natura, tū  
 ad extremum usus ipse explicetur oratio-  
 nis aptæ, ac numerosæ.

## De origine orationis numerosæ.

CAPVT. XXXV.

Arist. 3. Princeps inueniendi aptam verborum,  
 rhe. c. 8. & numerosam conclusiōnem fuit Thra-  
 In orat. Quinti. symachus: cuius omnia nimis etiam erant  
 l. 9. c. 4. scripta numerosè. Isocrates autem ita scien-  
 ter, moderateque rem totam temperauit,  
 ut multi existimarent illum huius concin-  
 nitatis authorem & principem extitisse.  
 Vbi vero hæc formandæ orationis ratio,  
 cognita, & inuēta est, sic omnibus placuisse  
 oratorib⁹ vt Aristoteles quo nemo nec do-  
 Etior, nec acutior, nec in rebus vel inuenie-  
 abit.

'dis, vel iudicādis acrior vñquā fuit versum  
in oratione vetet esse, numerū iubeat. Eius  
auditor Theodectes in primis, vt Aristote  
les s̄aep̄ significat, politus scriptor, atq; ar-  
tifex, hoc idē cōsentit cōpræcipit. Theo-  
phrastus vero ijsdem de rebus etiam accu-  
ratius. Romani Ciceronis fere tempore  
agnouerunt, cum iam anni prope quadri-  
genti essent apud Græcos, cum hoc proba-  
retur. Vsq; adeo autē hanc orationis con-  
formandæ rationem ipse Cicero probauit,  
vt non solū eius hoc modo faciendæ cōor-  
nandæ, summus ipse artifex fuerit, sed d. li-  
gentissimē etiam de tota ea re præceperit.

## Cur numerosa oratio inuenta sit.

CAPVT. XXXVI.

**Q**uoniam igitur habemus aptæ oratio  
niseos principes authoresq; quos di-  
ximus, cō origo inuenta est, causa quæ-  
ratur, quæ facilis, cō aperta est. Aures  
enim, vel animus potius aurium nuncio  
naturalēm quandam in se continet vocū  
omnium mēsionē. Itaq; cō longiora cō

breuiora iudicat, & perfecta ac moderata  
semper expectat, mutila sentit quædam,  
& quasi decurtata, quibus tanquam debito  
fraudetur, offenditur, productiora alia,  
& quasi immoderatus excurrentia: quæ  
magis etiam aspernantur aures. Cum igit  
tur fortuito separe, ut sit, aliquid conclusè  
apteq; initio diceretur, animos hominum  
auresq; pellebat, ut intelligi posset id, quod  
casus effudisset cecidisse iucunde: tunc no  
tatum genus est. Notatio autem, & ani  
maduersio peperit artem. Itaque ut poetica,  
& versus inuentus est terminatione au  
rium, obseruatione prudentium. sic in ora  
tione animaduersum est multo illud qui  
dem serius, sed eadem natura admonente,  
esse quosdam certos cursus conclusionesq;  
verborum. Itaque cum ea, quæ apte, con  
cluseque dicentur, manopere auditores  
tenerent, ob eam causam apte numeroseq;  
dicendi præcepta quoque sunt inuenta.  
De quorum natura ut differere possimus  
neceſſe est, ut de incisis membris & terjodo  
prius dicamus.

## De incisis membris, &amp; periodis.

CAPVT. XXXVII.

**I**ncisum est sensus non expleto numero conclusus: plerisque pars membra. Tale est quo Cicero vtitur, Domus tibi deerat? at habebas: Pecunia superabat? at egebas: ubi incisa sunt quatuor. Fiunt et singulis verbis incisa, vt, Diximus, testes dare volumus. Incisum est, diximus: Membrum autem est sensus numeris conclusus, sed a toto corpore abruptus, et per se nihil efficiens, vt, O callidos homines: O rem excogitata: O ingenia metuenda: quemque quæso nostrum fecellit, id vos ita esse facturos. O callidos homines: perfectum est, at remotum a ceteris vim non habet, ut per se manus, et pes et caput: et o rem excogitata: o ingenia metuenda. Quando ergo incipit corpus esse? cum venit extrema conclusio: Quem quæso nostrum fecellit, id vos ita esse facturos? Periodum Cicero tum ambitum, tum circuitum, tum comprehensionem, aut continuationem, aut circumscriptionem dicit.

Arist. 3.  
rhe. c. 9.

Cicer.

de Orat.

Quintil.

li. 9. c. 4.

M 5.Cum

Cum tēperetur autē membris omnis paulo  
longior circuitus, tamē aliud est cæsim  
mēbratim, aliud circumscrip̄tē dicere. Cir-  
Arist. 3. cunscriptio enim est, cum ab initio ad finem  
rhe. c. 4. in nem̄ vsq; quasi in orbem inclusa fertur ora-  
Cicer. in ora.  
tio, donec consistat in singulis perfectis ab-  
Cic. pro solutisq; sententijs, Cicero pro leg. Man.  
Man.

Quanquam mihi semper frequens conspe-  
ctus vester multò iucundissimus, hic autē  
locus ad agendū amplissimus, ad dicendū  
ornatissimus est visus, Quirites, tamē hoc  
aditulaudis, qui optimo cuiq; semper ma-  
xime patuit, non meame voluntas, sed vitæ  
meæ rationes ab inepte etate suscep̄tæ pro-  
hibuerunt. Membratim verò dicimus, cū  
in singulis membris liberior insistit oratio.

Cic pro Milone: itaque quando illius  
Mil. postea sica illa, quam à Catilina acceperat  
conquieuit? Hæc intentata nobis est: huic  
ego vos obijci pro me non sum passus: hæc  
insidiata Pōpeio est: Hæc istam Appiam  
viam monumentum sui nominis nece Pa-  
pirij cruentauit. Incisim verò dicimus, cū  
in singulis incisis insistit oratio. Cicero in

atili-

Catilinam. Tenentur literæ, signa, manus, deniq; unius cuiusq; confessio. Quomodo autem cum incisis & mébris, tum in circuitu numerus sit adhibendus parlo post dicetur. Sed quia nullus extra poeticos numerus esse potest, pedes, quibus & poema fit, & oratio numerosa temperatur, ponamus, mox enim intelligetur inter versus, & orationem numerosam permagnum esse discrimen.

### De pedibus. CAP. XXXVIII.

**P**edes, qui duas habent syllabas numero sunt quatuor, Spondeus, Pyrrhichius Quinti. l.9.c.4. Choreus, & Iambus. Spōdeus est ē longis dīabus, ut, dicunt, mores: illi cōtrarius est Pyrrhichius, ut, nouus, tulit. Choreus est ē longa & breui, ut scribit, semper. Huic Iābus est contrarius, ut, legunt, reos. Triū vero syllabarū pedes sunt octo. Molossus ex tribus longis, ut dicendi, conseruant, Truchæus, quē Tribrachym alij appellat, ē tribus breuibus, ut facimus: Dactylus ex longa, & duabus breuibus, ut littera.

Ana-

*Anapæstus ex duabus brevibus & longa,  
vt pietas peragunt. Bacchius ex breui &  
duabus longis, vt amores. Antibacchius  
ex duabus longis & breui, vt audisse. Cre-  
ticus, quem alijs Amphimaorum vocat, ex  
longa, breui, & longa, vt possidet. Amphi-  
brachys ex breui, longa, & breui: vt pete-  
In Orat. bat. Cicero ex alijs pedibus tres tantum po-  
nit, nec tamen ipse dissimilat, quibusdam  
numerous videri, non pedes: nec immerito  
[quicquid enim supra tres syllabas habet,  
id ex pluribus est pedibus] Pœonas duos,  
& Dochimum, quibus & nos erimus cõ-  
tenti. Est igitur Pœon primus ex longa &  
tribus brevibus, vt aspicit. Pœon viimus  
ex tribus brevibus & longa, vt facilitas.  
Dochimus vero ex Bacchio constat, &  
Iambo, vt, perhorrescerent.*

## De numero oratio.

CAP. XXXIX.

Arist. 3.  
The. c. 8.  
Cicer.  
in orat.  
Quint. I.  
9.c. 4.

*Q*uid inter sit inter oratoriū numerum  
atq; poeticū, itemq; inter orationem  
& poema diligenter nūc attendeāum est.

Numerum oratorium Græci Rhythmum  
poeticū Metrum vocant. Quod etiam si  
constat vtrūq; pedibus, habet tamen non  
simplicē differentiam. Nam Rhythmi spa-  
tio tēporum constant, pedes etiā ordine.  
In Rhythmo enim nihil refert Dactylus  
ne sit an Anapæstus, cum eodē tēporum  
spatio vterq; constet, in versu pro Dactylo  
poni non potest Anapæstus. Est, & illud  
discrimen, quod metri semper idē est cur-  
sus, vt in Heroico carmine, Dactyli, & spō  
dei. In oratione alius atq; alius numerus  
est adhibendus, ita vt nullus sit, qui non  
aliquo loco liberi possit. Ex his facile in Orat.  
est intelligere, quām multum inter oratio-  
num numerosam, & poema intersit. Ver-  
sus certis legibus astrictus est, vt nihil fiat  
extra præscriptum: at in oratione nihil est  
certum, nisi vt apte verbis cōprehendatur  
sententia. Itaq; omnis, nec claudicans,  
nec quasi fluctuans, & æqualiter, consiā-  
terq; ingrediens numerosa habetur ora-  
tio. Itaq; in dicendo numerosum puta-  
tur: non quod constat totum ē numeris,  
sed —

sed quod ad numeros proxime accedit. Quo etiam difficilius est oratione vti, quā versibus, quod in illis certa quædā, & definita lex est, quā sequi sit necesse: in dicēdo autē nihil est propositū, nisi aut ne immoderata, aut angusta, aut dissoluta, aut fluens sit oratio. In quo illud est vel maximum, quod versus in oratione si efficitur coniunctione verborū, vitium est, & quidem graue, ac longa animi prouisione fugiendum, & tamen eam coniunctionem sicuti versum numerosē cadere, & quadrare, & perficere volumus. Quod quomodo faciendum sit, deinceps explicemus.

### In qua parte ambitus debeat esse numerus.

CAP. XXXX.

Arist. 3. **E**S T igitur intelligendū in toto verbo  
the. c. 9. rū ambitu numero tenendos esse. Fal-  
Cicer. luntur enim qui censem̄ cadere tantū nu-  
de Orat. merose oportere, terminariq; sententiā 8.  
Quintil. li. 9. c. 4. si enim id maxime decet, quoniam aures  
super

semper extremū expectant, in eoque acquiescunt: ad hunc exitū tamen à principio ferri debet verborū illa comprehensio, & tota à capite ita fluere, ut ad extremū veniens ipsa consistat. Cum autē omnes in oratione sint quasi permitti, & confusū pedes, nec enim effugere posset orator animaduersionem, si semper eisdē vteretur: qui numeri, & ad principium, & ad medium, & ad extremū periodit sint magis accommodati, explicandum est.

## De initio periodi.

CAP. XXXXI.

**C**lausulas diligētius, quā cætera omnia, seruandas esse inter omnes cōuenit, quod in his maximē perfectio, atque absolutio iudicatur. Proximā autē clausulis diligentiam initia postulant. Nam, & ad hæc intētus est auditor. Optimē hæc nascūtur à proceris numeris, ac liberis, maxime Dactilo, quē Heroum vocac Aristoteles, & vōone priore, quem idem author vi optimū probat. Cicero mollissimum

Arist. 3.  
the c. 8.  
Cicer. in  
Orat.

Quinti.

19.c.4.  
Rhet. 3.  
c.8.Cic.  
in orat.  
Proleg.  
Manil.

qui-

quidem numerum, eundemq; amplissimum  
esse fatetur, sed Creticum anteponit. An-  
apæstus etiam qui Dactylò est spatio par,  
ordine contrarius, rectè orationē incipit,  
Cicero pro lege Manilia: Quanquā mi-  
hi semper frequēs conspectus vester: Exor-  
sus est à spondeo, Anapæsto & Cretico:  
Et in eadem oratione: Testis est Italia: à  
Cretico, & Itatantum bellum: ab Ana-  
pæsto, & spondeo, & Qui Siciliā adiijt:  
à pœone priore. Initia versuum initijs ora-  
tionis non conueniunt, & si Tius Liuius  
hexametri exordio cœpit: Facturus ne ope-  
ræ premium sim. Dochimur: loco ap-  
pus est, dum semel ponatur: iteratus aut  
continuatus numerum apertum & nimie  
insignem facit, Cicero de lege Agraria: est  
illud amplissimum quod paulò ante com-  
memoraui, Quirites. Vbi à spondeo, &  
Dochimo ducitur initium.

De leg.  
Agr.

Cicer. in  
ora.  
Quinti.  
J. 9. c. 4.

### De fine periodi. CAP. XXXXII.

**I**N extremo autem circuitu dan aut tree-  
sunt serè seruandi, & notandi pedes:  
nper

quos aut Choreos, aut spondeos, aut altera-  
nos esse oportebit. Asia geminatum Cho-  
reum, qui dichoreus vocatur, maximè se-  
cuta est. Cadit autem ille præclare: sed in  
orationis numero nihil est tam vitiosum  
quam si semper est idem. Spondeus est in  
clausulis firmus & stabilis, quo plurimè  
est usus Demosthenes. Pœona alterū ora-  
tioni cadenti aptissimum putat Aristote-  
les, quem Cicero non rejicit, sed aptiorem  
eo loco indicat Creticum. Qui siue gemit-  
natur, siue spondeum præcedat, multum  
decoris habet in clausulis, Cicer. pro Mar.  
Pristino more dicendi. Creticus est gemit-  
natus, & spondeus, & conceruata ac resti-  
tutam puto: spondeus, & duo Cretici. Et  
nec vila vñquā ætas de tuis laudibus con-  
ticescet. Duo Cretici, & dichoreus. Nihil prolig-  
ebet nec fortuna tua maius, quam ut pos-  
sis: nec natura tua melius, quam ut velis  
conseruare quā plurimos. Duo itē Cretici. Crassus.  
Optimè etiā est sibi innatus. Anapæstus.  
Nam ubi libido dominatur, innocētiæ leue  
præjactum est, Naſynalæphe facit, ut ultimæ

syllabæ pro una sonet. Est, & Nochimus  
 stabilis in clausulis, & seuerus, Cicero in  
 Antonium, Te miro! Antoni quorum  
 facta imiter, eorum exiſus non perhorres-  
 cere. Sed tuas Cn. Pompei, [te enim iam  
 Phil. 2. appello ea voce, ut me audire possis] tuas  
 Pro Mil. in qua ſuſpitiones perhorrefcimur. Quia  
 poſtremæ ſyllaba breuis an longa ſit, ne in  
 verſu quidem refert. Muliæ ſunt aliae  
 Libr. 9. cap. 4. clausulae, quæ numeroſè & iucundè ca-  
 dunt, quas diligentissimè oſtendit Quinti  
 lianus. Etiam intelligendum eſt clausulas  
 verſuum nō conuenire clausulis orationis  
 quod Bruto excidit: ~~Quem~~ ~~enam~~ ſciūt pl-  
 cuiſſe Catoni, & vitandum eſſe plurimum  
 ſyllabarū verbis vt amur ſæpe in fire. quo d  
 etiā in carminibus eſt permolle. Non de-  
 Phil. 3. ſunt enim qui Ciceronem vituperent in his  
 Familiaris cœperat eſſe balneatori. Et pr  
 Cælio, Non minus dura Archipirata.  
 Nec illud quidem prætereūdum eſt clau-  
 ſulas maximè apparere, & intelligi, quod  
 aures continuam vocem faciunt. dicit ergo  
 velut prono decurrētis orationis flumine.

Cum magis iudicent, cum ille impetus stetit, & intuendi tempus dedit. Variandae sunt igitur, ne aut animorum iudicio repudientur, aut aurium satietate. Hoc vicissitudines numerorum efficient, qui praestabunt, ut neque satientur, qui audient, fastidio similitudinis, nec orator, id quod faciet, opera dedita facere videatur.

## De media periodi.

CAP. XXXIII.

**C**VM verborū comprehensio à principe ferri debeat, & tota à capite ita suere ut ad extremū veniens ipsa cōsistat, dicendum est nunc, qui maxime cadant in orationem aptam numeri: Et Aristoteles quiaem spondeū numerum grandiore iudicat, quam desideret soluta oratio, Iambū utē nimis ē vulgari esse sermone. Ita neq<sup>z</sup> humilem & abiectam orationē, nec nimis altam & exaggeratam probat, plenā tamen eā vulgi esse gravitatis, ut eos, qui audiēt, ad maiorem admirationē possit trahere. Trochaeum autē quē alij Tribus-

ehym appellat, ab oratione segregat, quia  
cōtractio & breuitas dignitatem non ha-  
bent. Ita Pœona probat, quem orationi vel  
orienti, vel mediæ, vel cadenti aptissimum  
indicat. Cicero autem sentit omnes in ora-  
tione esse permistos, & quasi confusos pe-  
des. Nec enim effugere possit animaduer-  
sionem orator, si semper iisdem vteretur.  
Cum igitur [supra etiam dictum est] per-  
mista & tēperata numeris, nec dissoluta,  
nec tota numeroſa oratio esse debet, Pœo-  
ne maximè, quoniam optimus autor ita  
censet, sed etiā reliquias numeris, quos ille  
præterit, temperanda est. <sup>In his autem de-</sup>  
missō atq; humili sermone dicētur Iambus  
erit frequetissimus, Pœon in amplioribus;  
in vitroq; Daethylus. Ita varia & perpetua  
oratione hi sunt inter se miscendi, & tēpe-  
randi: sic minimè animaduertetur dele-  
tionis aucupiā, & quadrandæ orationis  
industria. Nec verò nimius is cursus nu-  
merorum esse debet, id enim in dicendo nu-  
merosum putatur, non quod totū constat  
in numeris, sed quod ad numeros proxime  
cedit.

accedit. Nullus enim pes est, qui non alij quando veniat in orationem. Miscendi ergo sunt, curandumq; ut sint plures, qui placeat, & circumfusi bonis deteriores latent. Dochimus quouis loco est aptus, dummodo non iteretur. Plurimum etiam <sup>pro Mar.</sup> venustatis habet Creticus, Cicer. pro Mar. Nullius est tantum fumen ingenij, nulla dicendi, aut scribendi tanta vis, tantaq; copia, quæ non dicam exornare, sed enarrare. C. Cæsares res tuas gestas possit: tamen hoc affirmo, & hoc pace dicā tua, nullam in his laudem esse ampliorem quam eam, quam hodierno die consecutus es: in hac erioto sunt quidem alij pedes, sed qui amicundissimam efficiunt, sunt Cretici, Dochimus, Pœon, Dactyli & Spondei.

### De his quæ suapte natura numerosa sint.

CAP. XXXXIII.

Arist. I. 2

**A**Liquando suapte natura numerosa sunt, quæ dicuntur, etiæ si nihil factū est de industria. Cum enim sunt casus in rhet. c. 9 In Orat. Quinta l. 2 c. 4

exitu similes, aut paribus paria referuntur,  
quasi sua sponte concinnitatē habet oratio,  
ut in illo Ciceronis pro Milone. Est enim.  
Indices hæc non scripta, sed nata lex, quæ  
non didicimus, accepimus, legimus, verum  
ex natura ipse arripuimus, expressimus,  
hauimus: ad quam non docti, sed facti, nō  
instituti sed imbuti sumus. Hæc enim  
zalia sunt, ut quia referuntur ad ea, ad quæ  
debent referri, intelligamus non quæ situm  
esse numerum sed secutum. Quod fit item  
referendis contrarijs. In hoc genere Cicero  
frequens est, ut illa sunt in quarto accusa-  
tionis. Conferre hanc pacem cum illo bello-  
huius Prætoris aduentum cū illius impe-  
ratoris victoria: huius cohortē impuram-  
cū illius exercitu invicto: huius libitines  
cū illius continentia: ab illo, qui cepit cō-  
ditas, ab hoc qui cōstitutas accepit, capto  
dicetis Syracusas, quæ sunt venustissima.  
Semper enim hæc, quæ à Græcis antitheta  
nominari supra diximus, cum de figuris  
ageremus, numerū oratorium necessitate  
ipsa efficiunt, & cum sine industria.

Quæ

Quæ vitia sunt vitanda in ora-  
tione numerosa.

CAPV T. XXXXV.

**H**AC tamen vitia in tota hac re diligē- Quintus  
tissime sunt vitia, in primis ne aper- 1.9.c.4.  
tè verba traiiciātur, quo melius aut cadat  
aut voluatur oratio: deinde ne inania quo-  
dam verba, quasi complementa numerorum  
inculcentur: tertio ne minutis concidatur,  
infringaturque sententia. Sed verba iam  
probata, & electa conciūnē coagmenten-  
tur. Nam vel durant se commissa po-  
tiora sunt inutilibus. Multa sunt  
item, quæ in itijs declinatis, numeris  
componendi laborem minuant. Sunt etiā  
figuræ, quibus & casus & numeri  
possint variari. Sunt multa etiā, quæ idē  
valēt atq; significant, ex quibus exercitati  
facile illud eligunt, quod institutæ verba  
cum comprehensioni maxime quadrat,

De magnitudine ambitus?

PVT. XXXXVI.

Cicer. in  
ora

Quinti.

l.9.c.4.

lege Min.

Nam cū ante a per

etatē non-

dum huius

authoritatem

loci contingere

auderem,

statueremqz

nibil huc,

nisi perse

Etum ingenio,

elaboratum

industria afferri

oportere:

omne meum tempus

amicorum

temporibus

transmittēdum

putauī.

Cicero

eum ambitum

mediocritatem

habere ait,

qui quatuor ferē membris

constat:

Nam

auræ implet,

et nec breuior est,

quam

satis sit,

nec longior.

Vult autem,

ut e qua

tuor,

quasi hexametrorum

versuum

instar

quod sit,

constet ferē plena comprehensio.

Pro Mil.

Eius generis

est illud pro

Mettone,

Ego cit

tribunus plebis

Republica

oppressa me

senatui

dedisse

, quē extinctum

accepit

equitibus Romanis,

quorū vires erant de-

biles:

bonis viris,

qui omnem

authoritatē

Clodianis

armis

abiecerant:

michi vñquam

bonorum

præsidium

de futurum

putare

z

Quinti.

Dedet autem

periodus

sensum cōcludere:

sit etiam aperta,

ut intelligi possit,

et non

immodica,

ut memoria

conuenerit posse.

De

De numero; qui est in membris, &  
cuiusmodi ea esse debeant.

CAPUT. XXXVII.

**Q**uid sit membrum, quid incisum, quid  
ambitus antea dictus est. Illud etiam  
est explicatum, aliud esse circumscrip<sup>t</sup>e,  
aliud membratim dicere. Illic enim circuns-  
cribitur verborum comprehensio, donec in  
clausula semel constat: hic in singulis me-  
bris oratio insistit. Quod in pronuntiādo  
magno pere<sup>r</sup> reficit spiritum, unde fit, ut  
oratio, quam membris carpimus, longior  
multo esse possit, quam ea, quae constat cir-  
cū. Ita ut aliquando ad quindecim,  
aliquando ad viginti membra excurrat,  
cuiusmodi est locus ille elegantissimus in  
oratione Ciceronis pro Milone, Occidi, oc-  
cidi non spuriū Meliū, qui annona leuā-  
da, iacturijsq<sup>s</sup> rei familiaris, quia nimis  
amplecti plebē videbatur in suspicionē in-  
cidit regni appetendi: non T. Gracchū, e<sup>go</sup>  
quae sequuntur. Nihil autem tam debet  
esse numerojum, quam hoc, quod minime

N. S.

appa<sup>z</sup>

Cicer. in  
orat.

Quint. L.

9.ca.4.

apparet. Sed non tam aperie, & palam in incisionibus & membris numerus est adhibendus, quam aperie & palam in ambitu adhibetur.

In quo scribendi genere circumscripte, in quo sit membratim dicendum.

CAPUT. XXXVIII.

Arist. 3. IN historia, laudationibus, totoq; eo ge-  
the. c. 12 nere, quod Græci epidicticon nominant.  
Cicer. de Orat. quod quasi ad inspiciendum delectationis  
Quintil. causa comparatur sit, omnia Isocrateo, Thea-  
li. 9. 6. 4. pompeoq; more illa circumscriptione & ar-  
bitu dicenda sunt, ut tanquam in orbe in-  
clusa currat oratio. Itaq; posteaqua est co-  
gnita hæc vel circumscriptio, vel cōprenensio  
nemo qui aliquo effet in numero, scriptio  
orationem eius generis, quod effet ad dele-  
ctionem comparatum, remotumq; à in-  
dicijs forensiq; certamine, quin redigere  
omnes in quadrum numerumque senten-  
tias. Genus autem hoc orationis nec totum  
affumendū est ad contentiones, & causa

veras

veras, nec omnino repudiandum. Si enim semper utare, cum satietatem affert, tum quale sit ab imperitis etiam cognoscitur. Detrahit præterea actionis dolorē, aufert humanū sensum actoris, tollit fuditus veritatē & fidem. Sed quoniam adhibenda nonnunquam est, primum videndum erit quo loco, deinde quandiu retinenda sit, cum quō modis commutanda. Adhibenda est igitur numerosa oratio si aut laudandū est aliquid ornatus, ut Cic. in accus- Aet. 2. in sationis secūdo de Siciliæ laude dixit: aut ver exponenda narratio, quæ plus dignitatis desiderat suā doloris, ut in quarto accusa tione. idē Cicero de Syracusarum studi- Aet. 4. in xit. Est etiam apta proemijis maiorū can- vix. jarū ubi solitudine, miseratione, cōmen datione reseget. Sæpe etiā in amplificanda re concessu omnīū, funditur numerosē & volubiliter oratio. Id autem um valet, cūmis, qui audit ab oratore iam ob sessus est, ac tenetur. Non enim id agit, ut insidiantē obseruet, sed iam fauet, proces sumq; vult, dicendiq; vim admirans non inquirit;

inquirit, quod reprehendat. Hec autem forma per orationes, quidē includit, sed in reliquis orationis partibus retinenda non dīne est. Nam cum locis supradictis ea fuerimus usi tota dictio est ad incisa, & membra transferenda. Incisim autem membratim tractata oratio, in veris causis plurimum valet, maximeq; his locis, cum aut arguas, aut refellas.

Qua ratione paretur hæc facultas aptè, ac numerose dicendi.

CAP. XXXIX.

Cicér.  
in orat.  
Quint. I.  
9.c.4.

**H**ÆC autem facultas antè aliquid numerose dicendi, nō est tāti laboris quanti videtur. Nec ideo hæc tractatur a summis viris, ut oratio, quæ ferri debet ac fluere, dimetiendis pedibus, ac perpendendis syllabis consenescat. Satis enim in hoc oratore formabit multa scribendi exercitatio, ut ex tempore etiam apte numeroseque dicat. Ante enim circumscribitur mente sententia, confessimq; verba cōcurrunt, auæ mēs eadem, quanib; est celerius, statim di-

mittit,

mittit, ut suo quodq; loco respōdeat. Quod si Antipater ille Sidoni⁹ solitus est versus Hexametros aliosq; varijs modis ac numeris fundere ex tempore, tantumq; kominis ingeniosi ac memoris valuit exercitatio, ut cum semente ac voluntate coniecisset in versum, verba sequerentur, quanto id facilius in oratione, exercitatione, & cōsuetudine adhibita consequemur? Nihil est enim tam tenerū, neq; tam flexibile, neq; quod tam facile sequatur, quocūq; ducas, quam oratio. Ex hac versus, ex eadem disparē numeri conficiuntur: ex hac hæc etiā soluta varijs modis, multorumque generū oratio. Et ut mollissimam ceram ad nostrum arbitriū formamus, sic orationis genus ad omnem rationem, & ad aurium voluptatem, & animorum motum facile mutatur, & veritur. Nemine itaq; Pœon aut Creticus ille, aut Dichoreus cōturbet, ipsi occurrent orationi, ipsi, inquam, se offrent, & respondebunt non vocati, consuetudo modò adhuc scribendi hoc modo atque dicendi: Ut enim musici accurate primo,

Et cogitatem suæ artis præscripta, et for-  
mulas obseruant, at ubi uetus accessit, sine  
cogitatione etiam, et cura eadē illa incre-  
dibili celeritate efficiunt: sic ubi orator hoc  
modo scribere initio consueuerit, sine ullo  
labore postea similiter scribet ac dicet.

## Quanti momenti sit aptè dicere.

### CAPVT. L.

Cicer. in  
Orat.  
Quinti.

19.c.4.

**Q**uantum autem sit aptè dicere, expe-  
riri licet, si aut composti oratoris  
bene struetam collocationem dissoluas, per-  
mutatione verborum: corrumpatur enim  
tota res: ut hæc Ciceronis in Cornelianæ  
Neque me diuitiæ mouent, quibus omnes  
Africano, et Lælios, multii venality mer-  
catoresque superarunt: immuta paululum,  
ut sit. Multi superarunt mercatores, ve-  
nalityque: perierit tota res. Et quæ se-  
quuntur: Neq; vestis, aut cœlatum aurum,  
et arguentum, quo nostros veteres Mar-  
cellos, Maximosque militi Euanuchi et Sy-  
ria, Egyptiisque vicerunt. Verba permute-

sic,

Ecce, ut sit, vicerunt Eunuchi e Syria, Egyp-  
 ptoq;. Adde tertiu, Neq; vero ornamēta  
 ista villarū, quibus L. Paulum, & L. Mü-  
 mium, qui rebus his urbē Italiamq; refer-  
 serunt, ab aliquo video per facile Deliaco  
 aut Syro potuisse superari: facta, potuisse  
 superari ab aliquo Syro aut Deliaco. Vi-  
 des ne ut ordine verborū paulum cōmuta-  
 zo, ijsdē verbis stante sententia, ad nihilū  
 omnia recidant, cū sint ex aptis dissoluta?  
 Aut si alicuius inconditi arripias dissi-  
 patam aliquam sententiam, eamq; ordine  
 verborum paulum cōmutato in quadrum  
 redigas, efficiatur aptū illud, quod fuerit  
 in alijs p̄nuens ac solutum. Age sume de  
 Grachi apud censores illud, Abesse non  
 potest, quin eiusdē hominis sit probos im-  
 probare, qui improbos probet. Quanto ap-  
 iussi ita dixisset: Quin eiusdem hominis  
 sit, qui improbos probet, probos improba-  
 re? Hoc modo dicere nemo unquam noluit,  
 nemoq; potuit, quin dixerit. Qui autē ali-  
 er diverūt hoc assequi nō potuerunt. Res  
 gentē se sic bāvet, ut brevissimē dicā, quod  
 sensioz

'sentio, cōpositē & aptē sine sententis dicere, insania est: sententiose autē sine verborum & ordine, & modo infantia: sed huiusmodi tamen infantia, ut ea qui vtan-  
tur, non sulti homines haberi possint, etiā plerumq[ue] prudentes: quo, qui est conten-  
tus, vtatur. Eloquens verò, qui non appro-  
bationes solum, sed admirationes, clamo-  
res, plausus, siliceat mouere debet, omni-  
bus oportet ita rebus excellat, ut ei turpe  
sit quicquā aut spectari, aut audiri liben-  
tius. Hæc Cicero in oratore. Quare cum  
Aristoteles, qui aureum fundit flumē ora-  
tionis: cùm Theophrastus qui diuinitate  
loquendi nomen inuenit: ~~cum~~ <sup>enim</sup>,  
quem eloquentiæ patrem Cicero appellat:  
cum Demosthenes, cui sine dubio summa  
vis eloquentiæ conceditur: cū Cicero, qui  
primum cum Græcorum gloria latine di-  
cendi copiam æquauit, hanc eloquentiæ  
partem tanti fecerint: ea nobis summa de-  
bemus industria, summo etiam studio  
comparare.

*ti Eunus m. o. N.*

De

## De tribus generibus dicendi.

CAPVT. LI.

**P**er spicuum est aliud dicendi genus in Cicer.  
 paruis causis, aliud in modicis, aliud in  
 grauibus desiderari. Nec solū variæ causæ  
 varium dicendi genus efflagitant: sed di-  
 versæ orationis partes, diuersam quoque  
 orationis formam postulant. Quod cum  
 iia sit, quot sint genera dicendi, & in qui-  
 bus tum causis, tum orationis partibus ea  
 sint adhibenda, dicamus. Tria sunt igitur Cicer. in  
 dicendi genera, in quibus omnibus per æq[ue] orat  
 debet excellens, & perfectus ora. Quint. L. 12.c.10  
 1. Vnum subtile acutum, & tenuis. Al-  
 terum vehemens, copiosum & graue. Ter-  
 tium est interiectum inter medium, &  
 quasi temperatum, in quo neq[ue] acumen su-  
 perioris generis, nec vis posterioris. Cum  
 autem oratoris tria sint officia docere, mo-  
 uere, & delectare: subtile in probando,  
 modicum in delectando, vehemens infla-  
 ctendo versatur. In genere subtili forma  
 debet esse orationis à vinculis numerorum  
 libera

libera & soluta, non tamen vaga, ut ingressi libere, non ut liceter videatur errare. Diligentia etiam conglutinandi verba prætermittenda est, & omnis insignis ornatus remouendus. Ponentur tamen acutæ, crebræq; sententiæ: ornamenta verborum & sententiarum cum tropis verecunde par. ceq; adhibebuntur: translationes tamen potuerunt esse crebriores, nec tam crebræ tamen, quam in genere dicendi amplissimo. Genus temperatum uberius est aliquanto & robustius, quam hoc humile, de quo dictum est: summisius autem, quæ illud, de quo dicetur, amplissimum: Hic omnia licet ornamenta conueniant, plurimumq; est in hac oratione suavitatis. In idem verborum cadunt lumina omnia, multa & sententiæ. Hoc in genere neruorum vel minimum, suavitatis autem est, vel plurimum. at illud amplum, graue, copiosum, ornatum, vim profecto habet vel maximam modo enim perfringit, modo irrepetit in sensu inserit suas opiniones, euillet insitas. Hic orator & defunctor excitabit, ut Appiis Cæcum. Afud

Apud hunc, & patria ipsa exclamabit,  
 aliquemq[ue] [ut apud Ciceronem in oratio-  
 ne contra Catilinā in senatu] alloquetur.  
 Hic & amplificationibus extolleret oratio-  
 nem, & vi superlationū quoq[ue] erigeret: ut.  
 Quæ Charybdis tam vorax? & Oceanus  
 medius fidius ipse; hic iram, hic misericor-  
 diam inspirabit: hic dicet, Te vidi & fle-  
 uit, & appellavit, & per omnes affectus  
 tractatur. His tribus generibus vitetur ora-  
 tor, ut res exigat nec pro causa modo, sed  
 pro partibus causæ. Magni igitur iudicij,  
 summæ etiam facultatis esse debebit mo-  
 derator ille, & quasi tēperator huins tri-  
 partitæ varietatis. Nā & iudicabit, quid  
 cuiq[ue] opus sit, & poterit quocumq[ue] modo  
 postulabit causa, dicere. Ad causas te-  
 nues, cuiusmodi est causa pro Cecinna, su-  
 missum: ad graues, qualis est Rabirij, ve-  
 hemēs, ad mediocres, ex quo genere est pro  
 lege Manilia, temperatum dicendi genus  
 accommodandum est. In eadē etiam ra-  
 zione ad conciliandum quidē mediocre: ad  
 docenaum verò atque probandum subtile

Orat. 11

Phil. 26

¶ enucleatum, ad mouēdum grāue debet  
adhiberi. Est enim eloquentis proprium,  
parua summisse, modica tēperate, magna  
graniter dicere. Multū etiam refert quæ  
sit persona eius, qui dicit, & eorum, qui  
audiunt. Non enim omnis fortuna, non  
omnis honos, non omnis authoritas, non  
omnis ætas, nec verò locus aut tempus, aut  
auditor omnis eodem, aut verborum ge-  
nere tractandus est, aut sententiarum. In  
omnibus etiam rebus videndum est, qua-  
zenus. Et si enim suus cuiq; modus est,  
tamen magis offendit nimium, quam pa-  
rum. Vnde fit ut eloquētia ~~scut~~ velim vī-  
verum, fundamentum sit sapientia: Hęc  
de elocutione dicta sint. Nunc quoniam  
omnia conformandæ, & expoliendæ ora-  
tionis præcepta exposita sunt, ordine, vt im-  
stituimus, ad memoriam transeamus.

### De memoria.

CAP. LII.

Cicer. in  
ora.  
Quint. l.  
11. c. 8.

**M**Emoriæ artem primum omnium in-  
stituisse ferunt Chium Simonidem.

Com

Cum enim celebri, & frequēti cōuiuio in  
teresset, de triclinio egressus est. Eo egresso  
triclinium supra conuinias corruit, atque  
ita contudit, ut cum eos humare vellent  
sui, non possent obtritos internoscere ulli  
modo. Tunc Simonides dicitur ex eo, quod  
meminisset, quo eorum loco quisque cu-  
buisset, demonstrator vniuersitatis sepe-  
liendi fuisse. Ex hoc Simonidis factō nota-  
rum videatur, iuuari memoriam signatis  
animo sedibus. Quod suo quisq[ue] etiam ex-  
perimento credere potest. Nam cū in loca  
aliquo post tempus reuersi sumus, nō ipsa  
conoscimus tentū, sed etiam quæ in iis fe-  
cerimus, reminiscimur, personæq[ue] subiectæ  
non nunquam tacitæ quoque cogitationes  
in animum reuertuntur.

An memoria sit eloquentiæ pars.

CAPVT. LIII.

**E**tiam si memòria, eloquentiæ cū alijs  
artibus sit communis, tamē artificiosa  
memoria oratoriæ artis merito pars exi-  
stimat. Nesciretur enim quāta vis eius

O 3 effeſſa

effect, quanta diuinitas, nisi in hoc lumen  
orandi vim extulisset. Non enim rerum  
modo, sed etiam verborum ordinem præ-  
stat, nec ea pauca contexit, sed propè in in-  
finitū, ita ut in logissimis actionibus prius  
audiendi patientia, quam memoriae fides  
deficiat. Non immerito igitur thesaurus  
hic eloquentiae dicitur, cum exemplorum,  
legum, sapienter dictorum, beneq; factoriū  
velut quasdam copias, quibus abundare,  
quasq; in promptu semper habere debet  
orator, incredibilis eius repræsentet.

## De artificio memoriae

CAPVT. LIII.

De Ora-  
to 2.

Ad Her.

lib. 1.

Quintil.

L. I. C. 2.

**A**rtificiū igitur memoriae à veteribus  
traditum, locis cōstat & imaginibus.  
Itaq; ijs, qui hanc ingenij partem exercēt,  
loca multa prius animo capienda sunt spa-  
tiosa, multa varietate signata, illustria, ex-  
plicata modicis interuallis, ut aedium fere  
magnarū, aut alterius ædificij: Hæc ani-  
mo diligenter sunt affigenda, ut sine cūctio-  
nione ac mora partes eius omnes cogitatio-  
posse

possit ordine percū rere. Plus enim quam firma debet esse memoria, quæ aliam memoriam adiuuet. Tum ea, quæ fuerint scripta vel cogitatione cōprehensa, ordine his locis sunt commendanda, signis, quæ memoriam eorū excitent, notata. Ita fiet ut res ordine teneantur. Exempli gratia, sicut de nauigatione, re militari, & agricultura dicendum, nauigationis anchora, rei militaris gladius vel spiculū, agricultura spica vel simile aliquid imago esse potest. Hæ imagines supradictis locis ordine sunt committendæ. Deinde, cum repetenda fuerit memoria, incipies ab initio loca recensere, & quodcuque credideris, reposces. Imago enim cuiusq; admonebit, ut quam sint multa sint, quorum meminisse oporteat, sint singula connexa quodam choro. Sic enim sit ut ordinem rerum locorum ordo conseruet, res autem ipsas rerū effigies notent. Utendum est autem imaginibus aliquid agentibus, acribus, insignitis, quæ occurrere celeriterque percutere animalium possint. Loca quæ assumpseris, egregie

commoditerque notare oportebit, ut perpetuo hæc possint. Nam imagines præterum varietate subinde sunt mutandæ at loca perpetuò remanere debent.

## Quid conferat hoc memoriarum artificium.

C A P V T. LV.

De ora  
et. 2.  
Quinti.  
lib. c. 2.

**V**T ad quædam prodeesse hæc non est negandum, ut si rerū nomina multæ per ordinem audita reddenda sint, vel res diversæ ordine complectendæ: sic in edicēdis orationis perpetuae verbis nihil fere pro sunt. Singulorum enim verboru[m] imagines memoriarum mandare, & inutile esset & infinitum. Si longior complectenā memoria oratio fuerit, proderit per partes ediscere. Non est autem inutile, quo facilius hæreant, aliquas apponere notas, quærum recordatio cōmoneat, & quasi excitet memoriam. Illud neminem non iuuabit, ijsdem, quibus scripscr̄it chartis, ediscere. Si tamen quis unam maximamq[ue] artem

memoriæ querat, exercitatio est, & la-  
bor. Multa ediscere multa cogitare, &  
[sifiri potest] quotidie potenissimū est.  
Quantum autem natura studiis valeat  
memoria, vel Themistocles testis est, quem  
vnum intra annum optime locutum esse  
Persice constat: vel Mithridates, cui duas  
& viginti linguas, quot nationibus impe-  
rabat, traditur notas fuisse: vel Crassus  
ille diues, qui cum Asia præcesset, quinque  
Græci sermonis differentias sic tenuit, ut  
qua quisque apud eum lingua postulasset,  
eadem sibi ius redditum ferret: vel Cyrus,  
quem omnium militum tenuisse creditum  
est nomina. Quin semel auditos quilibet  
multos versus protinus reddidisse dicitur  
Theodectes. Explicatis memoriæ præce-  
ptis, restat ut de pronuntiatione dicamus.

## De pronūtiatiōe, & eius vtilitate.

### CAPVT. LVI.

PRonūtiatio à plerisque actio dicitur, sed prius nomen à voce, sequēs à gestu vi-  
detur accepisse. Hæc autem pars est, quæ

De orac.

libre. ad

Ho. I. 1.

Quint.

I. 1. c. 3.

O S in

in dicendo vna dominatur. Sine hac sum-  
mus orator esse in numero nullo potest,  
mediocris hac instructus summos s̄æpe su-  
perare. Nā & infantes actionis dignitate  
eloquentiæ s̄æpe fructum tulerunt, &  
diserti de formitate agendi multi infantes  
putati sunt. Ut iam non sine causa huic  
primas dedisse Demosthenes dicatur, cum  
rogaretur quid in dicendo esset primum:  
huic secundas huic tertias. Est enim actio  
quasi corporis quædam eloquentia. Cum  
sit autem in duas diuisa partes vocem, ges-  
tumque, quorum alter oculos, altera au-  
res mouet, per quos duos sensus omnis ad  
animum penetrat affectus, prius de voce,  
deinde de gestu, qui voci etiam accommo-  
datur, dicendum est.

### De voce. CAP. LVII.

D: Ora-  
to. li. 3.  
Ad Her.  
lib. 3.  
Quiati.  
L. II. c. 3.

**V**Ocis mutationes totidem sunt, quōd  
animorum, qui maximē voce mouen-  
tur. Itaque perfectus orator ut cumque se  
affectum videri, & animum audientis mo-  
ueri volet, ita certū vocis admouebit sonū.

Aliud

Aliud enim vocis genus iracundia postulat acutum, incitatum crebro incidens. Aliud miseratio ac mœror flexible, plenū, interruptū, flebili voce. Aliud metus demissum, & hæsitans & abiectū. Aliud vis contentū, vehemens irriminens, quadā incitatione grauitatis. Aliud voluptas effusum lene, tenerū, hilaratū, ac r̄missū. Aliud molestia sine cōmiseratione, graue quiddā & vno pressu ac sono obductū. Ac vocis quidem bonitas optanda est [non est enim in nobis] sed tractatio in nobis. Ergo bonus orator variabit & mutabit, omnes sonorū cum intendens, tum remittens persequetur gradus. Nec modo in diuersis rebus sed etiam in ijsdem partibus, ijsdemq; affectibus, quasdam non ita magnas vocis mutationes adhibebit. Nam varietas cum gratiam præbet, ac renouat aures, tum dicentem ipsa laboris mutatione reficit.

### De gestu. CAP. LVIII.

**V**ocē subsequi debet gestus, & animo simul cum ea parere. Gestus sic utendū est,

est, ut nihil in eo supersit. Status erit erectus, celsus, rarus incessus, nec ita longus, excursio moderata, eaq; rara, nulla mollicia cervicum, nullæ argutiæ digitorum: non ad numerum articulus cadens: truco magis zoto se orator moderabitur, virili laterum flexione: brachij projectione in contentionibus, contractione in remissis, pedis supplosione in contētionibus, aut incipiendis, aut finiendis. Sed in ore sunt omnia. In eo autem ipso dominatus est oculorum. Animi enim est omnis actio, imago animi vultus est, indices oculi: Hæc est una pars corporis quæ auctor animi motus sunt, tot significaciones, et communicationes possit efficere. Nam oris non est nimium mutanda species, ne aut ad ineptias, aut ad prauitatem aliquam deferamus. Oculorum igitur tum intentione, tum remissione, tum coniectu, tum bilariitate motus animorū significabimus apte cum genere ipso orationis: Est enim actio quasi sermo corporis, quo magis menti congruens esse debet.

**Q**uoniam in his tribus libris breuiter,  
ut viris nostræ tulerunt, quid esset  
Rhetorica, quod eius officium, quæ mate-  
ria, atq; finis, dictum est: & de singulis  
eius partibus, earumque vi & præceptis  
est disputatum, illud solum nunc superest,  
ut omnes ad eloquentiam, quæ nihil aliud  
est, quam copiose loquens sapientia, cohore  
temur. Ex qua illi profecto maximos &  
uberrimos fructus percipient, qui eam ad  
Dei Opt. Max. cultum ac venerationem  
diligentissime contulerint. Cui enim po-  
rius eloquentiæ studia consecrētur, quam  
illi qui ut hominis decus ingenium, sic in-  
genij lumen esse voluit eloquentiam? Hoc  
iunxit agamus, hoc curremus, in hoc cona-  
tus, cogitationesq; nostræ semper euigi-  
lent, ut tum eloquentiæ, tum cæterarum  
artium studia parenti vitæ nostræ deser-  
uant. Cui omnia honoris omnia virtutis,  
omnia ingenij sineulla exceptione debentur  
ornamenta.

FINIS.



## OLYSIPONE.

Cum facultate Supremi Senatus Inquisitionis, & Ordinaryj.

Nec non Regis Lusitaniz.

Excudebat Antonius Aluarez.  
Anno Dñi 1611.

